

C O R P U S  
SCRIPTORUM HISTORIAE  
BYZANTINAE.

EDITIO EMENDATOR ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

I N S T I T U T A ,

A U C T O R I T A T E

ACADEMIAE LITTERARUM REGIAE  
BORUSSICAE

CONTINUATA.

---

HISTORIA POLITICA ET PATRIARCHICA  
CONSTANTINOPOLEOS. EPIROTICA.

---

BONNAE  
IMPENSIS ED. WEBERI  
MDCCXLIX.

Decd. 2nd 1876.

24, 140

HISTORIA

POLITICA ET PATRIARCHICA

CONSTANTINOPOLEOS.

EPIROTIKA.

RECOGNOVIT

IMMANUEL BEKKERUS.

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCXLIX.



Υ42.8  
CORPUS  
HISTORIA

**ΙΣΤΟΡΙΑ ΠΟΛΙΤΙΚΗ**

**ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ.**



# I S T O R I A ΠΟΛΙΤΙΚΗ

## ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΤΠΟΛΕΩΣ

ἀπὸ τοῦ ἀταῖ ἕως τοῦ ἀφοί ἔτους Χριστοῦ.

# HISTORIA POLITICA

## CONSTANTINOPOLEOS

a 1391 usque ad 1578 annum Christi,

Latina a Martino Crusio, Tubing. professore, facta.

Βασιλεύοντος τῆς Κωνσταντινουπόλεως τοῦ βασιλέως Ρω-Τυρκομαίων κυρίου Μανουὴλ τοῦ Παλαιολόγου, κατὰ τὸ ἔξακισχι-<sup>1</sup> γραeciae λιοστὸν ἐννακοσιοστὸν ἔτος, ἡ μὲν δύναμις τῆς πόλεως ταύτης ἥλαττωτο, ἡ δὲ τῶν Ἀγαρηνῶν ηὔξανε καὶ ἐπληθύνετο 5 χρίμασιν οἵς οἰδε θέος. δύτεν δὲ κυριεύων οὗτος βοηθείας δεόμενος δεῖν ἔκρινεν εἰς Ἰταλίαν καταφυγεῖν καὶ δεηθῆναι τοῦ πάπα καὶ τῶν ἑκεῖ ἀρχόντων τοῦ λαβεῖν τινὰ βοήθειαν καὶ ἀποδιώξαι τὸ ἐλευσόμενον καὶ προσορώμενον κακόν. ἀπελθεῖν δὲ βουλόμενος ἀφῆκε τοποτηρητὴν αὐτοῦ τὸν κύριον 10 Ιωάννην τὸν ἀνεψιὸν αὐτοῦ, οὗ δὴ τὸν πατέρα Ἀνδρόνικον

Imperante apud Constantinopolitanos Romano rege Manuelo Palaeologo (qui tunc annus mundi sexies millesimus et nongentesimus erat) urbis huius vires diminutae erant, Agarenorum autem potentia, nescio quo dei iudicio, subinde in maius crescebat. quapropter ille rex, opis indigens, ad Italiam sibi confugiendum iudicavit, et pontificem maximum Italosque principes auxiliis alicuius ad malum adventans, quod praevidebatur, propulsandum impetrandi causa appellandos. cum itaque profectionem adornaret, loco suo interea imperio gubernatorem reliquit Ioannem, suum e fratre nepotem, cuius patrem Andro-

ὅ πάππος ἔξειτύφλωσε διὰ τὸ νεωτερίσαι καὶ τὰ πέριξ πολλὰ κακοποιῆσαι συνοπαδὸν καὶ σύμψηφον κτησάμενον Μουσᾶν τζελεπῆν νιὸν τοῦ σουλτάνου Ἀγαρηνῶν, ὃν καὶ δομοίως συλληφθέντα, τοῖς αὐτοῖς ἐνεχόμενον, ὁ ἕδιος πατὴρ ἀπέκτεινε, τιμωρησάμενος καὶ οὗτος τὸν τοιοῦτον τῆς τόλμης. 5

Καταπλεύσαντος δὲ τοῦ βασιλέως τούτου καὶ εἰς Ἰταλίαν ἀπελθόντος καὶ πολλὰ δεηθέντος, ὑπέσχετο μὲν αὐτῷ ὅ τε πάπας καὶ οἱ λοιποὶ δοῦγαι βοήθειαν, οὐκ ἔδωκαν δὲ ὡς τὰ τέλει ἔδειξε, προφασισάμενοι ὅτι ὁ βασιλεὺς οὗτος ἐν μιᾷ τῶν ἑορτῶν οὐ κατεδέξατο προσκυνῆσαι τὸ ὑπομάνικον τῆς 10 δεξιᾶς τοῦ χωρεπισκόπου, ὑφαντῶς ἐπάνω κοσμούμενον τὴν εἰκόνα Χριστοῦ. ὅθεν ὁ πάπας λαβῆς τυχῶν ἔγραψε πῦσι τοῖς Ἰταλοῖς “βασιλεῖ Ῥωμαίων, μὴ καταδέξαμένῳ προσκυνῆσαι τὴν εἰκόνα Χριστοῦ, ὅστις βοηθήσει, ἔσται ἀσυγχώρητος.” τὰ τοιαῦτα δὲ ἐνωτισάμενος ὁ μεγάλαις τρεφόμενος ταῖς ἑλ- 15 πίσιν ἀνεχώρησεν ἐξ αὐτῶν καὶ εἰς Βενετίαν προσέδραμε, διαπραξάμενος οὐδὲν ὥν χάριν κατῆλθε καὶ ἔδεήθη ὁ χριστιανικώτατος οὗτος βασιλεὺς.

Ἐν τούτοις δὲ ὄντος, καὶ ἀκούσαντος ὅτι ἐτελεύτησεν ὁ σουλτάνης ὁ νιὸς σουλτάνης Μπαγιαζίτον τοῦ Ιλτι- 20 2 φίμ, καὶ ἔλαβε τὴν ἡγεμονίαν ὁ τούτου νιὸς σουλτάνης Μουράτης, ὃς εἶχε καὶ ἀδελφὸν Μουσταφᾶν, ἀνῆλθε, καὶ τὴν

nicum avus caecaverat, quod novis rebus studens passim finitimus locis damna intulisset, ad id comite socioque usus Musa Zelepe, Agarenorum regis filio; quem item pater suus, ut parium facinorum reum, comprehensum, de suscepta audacia puniens, interfecerat.

Cum igitur imperator Manuelus nave consensa in Italiam pervenisset de subsdioque magnopere sollicitasset, promisit quidem id ei pontifex ceterique proceres: sed praestitum non fuit, sicut exitus declaravit. causa praetexebatur, Manuelum die quodam festo venerationem imaginis crucifixi Christi, in dextera manica chorepiscopi intactae, recusasse. unde causa pontifex arrepta Italij omnibus scripsit, quicunque imperatori Graeco, qui noluissest imaginem Christi adorare, auxilium ferret, eum a sacrorum communione sine venia exclusum iri. quibus ille auditis, qui magna spe pastus fuerat, ab eis discessit Venetiasque cucurrit. sed nec ibi quicquam eorum impetravit ob quae venerat, quae necessitate compulsus petiverat, Christianae pietati deditissimus imperator.

1419 Cum in his esset, auditō mortuum esse regem (sultanum vocant) Mechemetam, qui Baiazita, cognomento Iltirimo, natus erat, illique in regno successisse filium Muratam, cui frater erat nomine Mustaphas, a peregrinatione illa Cpolim, nihil eorum consecutus propter quae exi-

Κωνσταντίνου, ἄπρακτος ὁν κατῆλθε, κατέλαβε. συνέβη δὲ ὅτι ὁ Μουσταφᾶς οὗτος ἔφυγε καὶ εἰσῆλθεν ἐνδον τῆς πόλεως, καὶ ὑπεδέξαντο αὐτὸν ἀσπασίως οἱ ἐν τῇ πόλει, καὶ δέδωκαν αὐτῷ εἰς γυναικα τὴν Θυγατέρα τοῦ Νιόρια εὐγενοῦς τινὸς Γενουσβίτου, ἡτις ἦν ἐγγόνη τοῦ βασιλέως τούτου Μανουήλ· ἡ γὰρ ἐκ πορνείας αὐτῷ Θυγάτηρ Ζαμπία ἔτεκεν αὐτὴν συναφθεῖσα τῷ Νιορίᾳ τούτῳ γνώμῃ βασιλικῇ. ὡνόμασιν δὲ ταύτην, τὸ καινὸν συνοικέσιον ποιήσαντες, κυρὸν τῆς ἀνατολῆς, ξένῳ σύνοματι καὶ ἀθλίῳ. διαπεράσαντες γὰρ 10 αὐτὸν οἱ Βυζάντιοι ἐν ἀνατολῇ μετὰ στρατιωτῶν καὶ δορυφορίας, ὑπέκυψαν αὐτῷ πολλοί· καὶ κάστρα καὶ χώρας ἔλαβε καὶ ἐκαθέζετο ἐν τῇ Προύσῃ. πληροφορηθεὶς δὲ ταῦτα ὁ τούτου ἀδελφὸς σουλτάν Μουράτης ἀπὸ Καλλιουπόλεως κρυψίως διεπέψασεν εἰς Προύσαν, καὶ καταλυθών τὸν Μουράτην τοῦτον ἐν βαλαρείῳ λοιόμενον, μεθύοντά τε καὶ σπαταλῶντα, εἰσπηδήσας αἴφνης αὐτὸν ἀπέπνιξε, καὶ οὕτως ἐκυρίευσε δύσεως καὶ ἀνατολῆς. ὡργίσθη δὲ τοῖς Βυζαντίοις καὶ ἐκάκου παντοιοτρόπως, καθ' ἐκάστην ἀρπάζων καὶ λεηλατῶν τὰ πέριξ καὶ ὅσα ἔμειναν ἔτι καὶ ἥσαν τῆς ἀθλίας πόλεως. παρακαθήμενος δὲ ἔμεινε τριετίαν ὡς Θηρίον δεινόν, μὴ ἀμελῶν τὰ κατὰ δύναμιν· ὅμως οὐδὲν ποιῆσαι ἤδυνήθη. 20 λοιπὸν δὲ λοιμῷ καὶ λιμῷ περιπεσόντων ἐκατέρωθεν παρηγή-

## 8. κενὸν C

verat, rediit. venerat hic Mustaphas profugus in eandem urbem ibique benigne exceptus fuit; cui etiam in matrimonium data est cuiusdam ex nobili familia Genuatium Auriarum filia, neptis regis Manuelli. huic enim Auriae nupta erat de voluntate regis spuria huius filia, nomine Zampia, mater illius sponsae. quo inani coniugio facto eam appellarent dominam Orientis, nomine inusitato inauspicatoque. nam cum Byzantini Mustapham exercitu et satellitibus comitatum in orientem traduxissent, multi quidem se ad eius ductum applicaverunt, ipseque complura castra et oppida cepit, inque civitate Prusa consedit. sed his cognitis frater eius Murata, occulite a Callipoli in Asiam traiectus, Prusam pervenit; ubi Mustapham in balneo lavantem, vino et delicis languentem, repentina adventu oppressum suffocavit. hoc modo occidentis orientisque dominatum adeptus fuit. infensus autem Byzantiniis, quibuscumque potuit maleficiis affecit, nullo die praetermisso quo non rapinas praedasque circumcirca ageret ex miserae urbis, quae parvae restabant, reliquiis. eam etiam triennium obsidens, ad ferocis belluae instar, nullum insultum ad expugnandum sibi reliquum fecit. nihil tamen effecit: Tandem enim, sublatiss pestilentia et fame utrinque multis, bello finis, pace et foederis

σαντο πολεμεῖν, καὶ εἰρήνην ἐποιήσαντο καὶ συνθήκας καὶ δρ-  
κους τοῦ μὴ πορευθῆναι ποτε κατὰ τῆς πόλεως.

Τούτων δὲ οὕτως ὄντων ἐτελεύτησε καὶ ὁ βασιλεὺς οὗτος  
ὁ Μανουὴλ ὁ Παλαιολόγος, βασιλεύσας ἔτη, ὡς λέγεται, εἴ-  
κοσι πέντε, καταλείψας τὴν βασιλείαν τῷ νἱῷ αὐτοῦ χυρίῳ 5  
Ἴωάννη τῷ Παλαιολόγῳ. ὃς ἔχων γυναικα πλουσίαν ἀπὸ  
Λουμπαρδίας οὐδ' ὅλως ἡγάπησεν αὐτήν, ἀλλαὶς προσέχων·  
ὅτεν καὶ πρὸς τὸν ἴδιον ἐπαλινδρόμησε πατέρα, καὶ οὗτος ὡς  
φυγοῦσαν παρὰ βασιλέως ὅλως ὡς ἔδει φιλεκῶς οὐκ ἀπεδέξατο·  
ἡν δὲ καὶ πόρνος οὗτος ὁ πατήρ αὐτῆς πολλά, ὡς ἐλέγετο· ὅτεν 10  
καὶ τοῦ ἰδίου οὐκ ἐφρόντισε τέκνουν, ἀλλ' ὅλεγώρως εἶχε.

Βασιλεύων δὲ ὁ ἥρητες Μουράτης καὶ τοῖς δροῖς ἐμ-  
μένων, καὶ ὡν ἐν Ἀδριανούπολει, καὶ βουληθεὶς στρατεῦσαι  
κατὰ Θεσσαλονίκης, καὶ ἀξιωθεὶς παρὰ τοῦ βασιλέως τούτου  
3 Ἴωάννου τοῦ Παλαιολόγου παύσασθαι τοῦ κατὰ τῆς Θεσσα- 15  
λονίκης πολέμου, ἀπεκρίθη ὅτι εἰ μὲν ὑπῆρχεν, ὡς φίλε, τῆς  
βασιλείας σου νῦν ὑποτεταγμένη, οὐκ ἀν ἐπορεύθη· ἐπεὶ δὲ  
ἔστι τῶν Βενετίκων, πορεύομαι κατ' αὐτῆς, ὅπως, ἡν θεὸς θέλῃ,  
πορθήσω καὶ δυνλώσομαι ταύτην. ὑπῆρχε δ' αὐτῇ ἡ Θεσσαλονί-  
κη πρὸ καιροῦ τῶν Βενετίκων, ὡς ταύτην ἀπεμπολήσαντος Ἀν- 20  
δρονίκου τοῦ νιοῦ Μανουὴλ τοῦ Παλαιολόγου, ὃς ἔσχεν νιοὺς  
εὗ, Ἴωάννην, Θεόδωρον, Κωνσταντῖνον, Ἀνδρόνικον, Δημή-  
τριον καὶ Θωμᾶν, πᾶσι δὲ ἔδωκε τόπους εἰς διατροφὴν· ὅτεν

iure iurando firmatis nunquam amplius urbem oppugnatū irī, fa-  
ctus est.

1421 Hoc rērum statu ita se habente finem etiam vivendi imperator Manuelus Palaeologus fecit, postquam imperio, ut fertur, annos viginti quinque prae fuisse, relichto successore filio Ioanne. habebat hic di-  
vitēm uxorem ex Insubria: sed amoribus aliarum deditus prorsus non  
amabat hanc. indignata itaque ad patrem suum rediit; qui, ut a  
rege fugitivam, minime ea caritate qua debuit exceptit. dicebatur  
autem ipsum etiam multum meretriciis amoribus indulgere; quae causa  
fuit ut suos liberos curae non habuerit.

Cum ita, ut diximus, regnaret Murata et in foedere Graecorum  
maneret, atque Adrianopoli vivens expeditionem adversus Thessalonici-  
cam agitaret, rogatus fuit ab imperatore Ioanne, desisteret a bello  
Thessalonicensibus inferendo. cui ipse "si esset" inquit "illa civi-  
tas regno tuo subiecta, abstinerem, amice, hac expeditione. quia vero  
dicionis Venetorum est, ibo contra, et deo bene iuvante expugnatam  
mihi subiiciam." facta fuerat illa ante tempus Venetorum iuris, ven-  
dita ipsis ab Andronico Palaeologo, Manuela filio. habuit enim hic  
sex filios, Ioannem Theodorum Constantinum Andronicum Demetrium

καὶ τῷ δυστυχεῖ Ἀγδρονίκῳ τὴν Θεσσαλονίκην, ὃς πεσὼν τῷ πάθει τῆς ἐλεφαντιάσεως ἐπώλησεν αὐτὴν τὴν περιφραγῇ Θεσσαλονίκην διὰ χιλιάδας χρυσίνων πεντήκοντα, ἐξ ὧν τὰ μὲν τοῖς κόλαξιν ἐδωρήσατο τοῖς μετ' αὐτοῦ, τὰ δὲ μείναντα λα-  
5 βών ἀπῆλθεν ἐν τινι μοναστηρίῳ τοῦ ἄγίου ὄρους, καὶ ἐκεῖ τὸ ζῆν ἔξεμέτρησεν.

Ἀπελθόντος οὖν κατὰ Θεσσαλονίκης τοῦ σουλτάνου Μουράτη τούτου καὶ πολιορκήσαντος αὐτήν, ἐκνρίεντος ταύτης πολέμῳ, ἀπέκτεινε δὲ πλῆθος Γραικῶν, οἵτινες ἀντέστησαν αὐτῷ  
10 ὅλως προσκυνῆσαι μὴ βουληθέντες, εἰ καὶ πολλὰ ὑπισχνεῖτο αὐτοῖς. οἱ δὲ Λατεῖνοι ἔφυγον κρυψίως, γυναικῶν δίκην, ὅλι-  
γοι δοντες. ἐπαδόν δὲ οἱ αὐτόχθονες Θεσσαλονικεῖς πολλὰ  
15 δεινά, φόνους, αἰχμαλωσίας, τὴν ἐκ τόπου εἰς τόπον ἀπεμ-  
πόλησιν, τὸν χωρισμόν, τὸν ἐν ἀνατολῇ καὶ δύσει σκορπισμόν,  
20 τὴν ἀποβολὴν τῆς φίλης πατριόδος καὶ ἄλλα ὅμοια, θηρίων  
ἀγρίων ἐπικειμένων τῶν ἀσεβῶν αὐτοῖς.

Δουλώσας δ' οὐ μόνον Θεσσαλονίκην ἀλλὰ καὶ τὰ πέριξ  
αὐτῆς ἔτει στὴλας ἀπὸ κτίσεως κόσμου, Σερβίας φημί, Βουλ-  
γαρίας τῆς γείτονος καὶ ἄλλων πολλῶν (ὡς θεοῦ παραχω-  
25 ροῦντος ἐκ τῶν ἀμαρτιῶν ἡμῶν καὶ οὐδενὸς ὄντος τοῦ κω-  
λύνοντος, ἀλλ' ἐρήμην διώκοντος καὶ πολεμοῦντος οὐδενὸς ἀν-

et Thomam; quibus singulis certa loca, unde vitam sustentarent, assignavit. infelici itaque Andronico Thessalonicam, qui in lepram, quam elephantiasin vocant, delapsus illam illustrem urbem quinquaginta milibus aureorum vendidit. de quibus parte suis adulatqribus donata, cum reliquo in quoddam sancti montis monasterium abiit; ubi vitae cursum emensus obiit.

Profectus cum exercitu rex Murata Thessalonicam oppugnavit, eamque vi cepit, magno numero Graecorum occiso: noluerant enim ullo modo deditioνem facere quamvis magna pollicito, sed ad extremum usque spiritum restiterant. at Latini, qui numero pauci inerant, feminarum modo clam aufugerunt. acciderunt indigenis Thessalonicensibus multa gravissima, caedes, captivitates, in alia ex aliis locis venditiones, carorum inter se distractioпes, per Orientem Occidentemque dispersioпes, dulcis patriae amissio et alia generis eiusdem, nullo crudelitatis genere ab impiis, ceu ferocissimis bestiis, praetermissio.

Redacta hoc modo in servitutem non tantum Thessalonica, sed aliis passim oppidis (quo tempore annus muñdi numerabatur sexies millesimus nonagesimus trigesimus septimus) Serviae atque vicinae Bulgariae et aliarum regionum multarum (dei nimirum concessu, ob punienda peccata nostra, cum, nemine prohibente, nemine armis resistente, nisi paucissimis iisque infirmis, omni praesidio destituta desertaque persequeretur) reversus est, aliorum insuper devorationem

Φισταμένου ἡ ὀλέγων πάνυ καὶ ἀσθενῶν) ἐπανῆλθεν, ἃλλα καταφαγεῖν μελετήσας δὲ ἄγριος θήρ. πλὴν τῷ φαινομένῳ ἔμενεν εἰρηνεύων, τῇ δὲ ἀληθείᾳ καιρὸν ἦν ζητῶν καὶ πρόφασίν τινα.

Ταῦτα δὲ καὶ τὰ ὅμοια δὲ βασιλεὺς σκοπῶν, πῶς δὲ 5 τῆς Ἀγαρ ἄγριος κύων ἐδούλον τὰς πόλεις, τὰς μὲν μετ' εὐλόγου προφάσεως, τὰς δὲ λόγοις κολακείας ψευδέσιν, ἃλλας 4 δὲ ἐξ ἀρπαγῆς, πάντα λίθον κινῶν καὶ δολιενόμενος, ἀεί τι καταφαγεῖν βουλόμενος, ἐβούλευσατο ὅπως πορεύσηται ἐν Ἰταλίᾳ καὶ ἐπαναγκάσῃ γενέσθαι ἔνωσιν μετὰ Λατίνων, καὶ οὕτω 10 λάβῃ βοήθειαν μερικὴν καὶ τὸν Ἀγαρηγὸν ἀποδιώξῃ. γράψας οὖν πρὸς τὸν πάπαν, Εὐγένιος ἔστερξε μετὰ χαρᾶς συγχροτηθῆναι τοῦτο καὶ γενέσθαι εἰρήνην καὶ ἔνωσιν, εἰ δυνατόν, πέμψας δαπάνην καὶ πλοῖα χρειώδη. οὐ μόνον δὲ δὲ πάντας ἄλλα καὶ οἱ καρδινάλιοι καὶ ἄλλοι ἐπεδύμουν τὴν ἔνω- 15 σιν κατορθωθῆναι, ὡς πολλάκις βουληθέντων, κατορθωσάντων δὲ οὐδέν, πολλῶν σκανδάλων ἀναφυνομένων. διεμηνίσατο οὖν δὲ βασιλεὺς τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ τοῖς σπουδαίοις καὶ λόγου καὶ μαθημάτων μετόχοις, καὶ ἥλθον ἐν Κωνσταντινούπολει δὲ τε Τραπεζοῦντος μετὰ τοῦ φιλοσόφου Ἀμυρούτζη, δὲ 20 Νικαίας Βησσαρίων, δὲ Ρωσίας, Γεμιστὸς δὲ φιλόσοφος καὶ ἄλλοι λογάδες· καὶ συνάξεως γενομένης μετὰ τοῦ πατριάρχον

insatiabilis fera animo agitans. attamen speciem quidem praebuit pacem colentis: re autem vera occasionem et causam aliquam quaerebat.

Haec et his similia imperator cernens, quomodo immanis iste Agara ortus canis urbes subigeret, quasdam praetextu speciem habente, nonnullas verbis lenibus et falsis promisis, alias vi atque oppressione, omnem lapidem, ut dici solet, movens, nullum dolum omitiens, semper aliquid devorare cupiens, de proficiscendo in Italiam consilium cepit, et constituendo quamlibet difficulti cum Latinis religionis consensu, ut hoc modo aliquibus subsidiis comparatis Agarennum propulsaret. qua de re cum ad papam Eugenium scripsisset, huic res auditu iucunda fuit, de concilioque conflando cogitavit, in quo una ex duabus concors ecclesia efficeretur, si fieri posset. itaque et sumptus misit navesque necessarias. nec papa modo, sed etiam cardinales et alii concessionis cupidi erant, quippe quam saepè tentassent, sed nihil profecissent multarum offensionum incursu. significavit igitur imperator dicionis suae principibus sacerdotibus et viris studio literarum deditis eruditionisque laude praestantibus; qui Constantinopolim advenerunt. horum praincipiū erant Trapezuntius, philosophus Amyrutzza, Nicaeae Bessario, Russiae Isidorus, Gemistus Pletho philosophus, et alii delecti. qui cum ad sa-

κυρίου Ἰωσήφ, ὃς καὶ ἐν Φλωρεντίᾳ ἐτελεύτησε, καὶ λειτουργίας γενομένης ἐν τῷ μεγίστῳ ναῷ τῆς τοῦ Θεοῦ λόγου σοφίας ἐμελέτησαν καὶ ἐκύρωσαν ἀποπλεῦσαι, χειροτονήσαντες ἔξαρχον τῆς συνόδου Μάρκου τὸν εὐγενικόν, τὸν Ἐφέσου 5 μητροπολίτην. κατελθόντες οὖν καὶ ἐκεῖ ἀπελθόντες καὶ συνελεύσεις ποιήσαντες καὶ διετίαν ὅλην ἐνδιατρίψαντες ἐποίησαν μὲν ἐνωσιν, ὃς τὰ Πρακτικὰ τῆς ἐν Φλωρεντίᾳ ταύτης λεγομένης ὄγδόης συνόδου λέγει, τέλος δὲ χρηστὸν οὐδέν, δλως τοῦ Ἐφέσου μὴ ὑποχράψαντος, ἀλλὰ καὶ λογομαχίας καὶ αὐτοῦ 10 θις κινησάντων πολλῶν, ὅτε εἰς τὴν Κωνσταντίνου ἐπανῆλθον. ὅθεν οὐδεμία ἐγένετο βοήθεια, ἀλλὰ τὸν Ὑλαν ἔκραζον καὶ ρὸν τόσον.

Ἐπανελθόντων δὲ ἀπὸ Ἰταλίας κατέλαβεν ὁ βασιλεὺς τὴν ἑαυτοῦ φιλτάτην γυναῖκα Μαρίαν τὴν Καντακουζηνῆν 15 οὐκ ἐν ζῶσιν ἀλλὰ τελευτήσασαν πρὸ καιροῦ· καὶ οὕτως οὐτος μὲν ἐν λύπῃ ἦν. οἱ δὲ ἐν τῇ πόλει κληρικοί, ἱερομόναχοι, ἱερεῖς, ἡγούμενοι, πνευματικοί καὶ οἱ λοιποί οὐκ ἥθελον συλλειτουργῆσαι τοῖς ἐλθοῦσιν ἢ μνημονεῦσαι αὐτούς, ἀλλ' ἔχωρίζοντο αὐτῶν ὡς ἀσεβῶν εἰπεῖν. πολλοὶ δὲ παρηγόρησαντο 20 καὶ τὴν ἱερωσύνην. καὶ γέγονεν ἡ ἐνωσις διαιρέσις. οὗτος δὴ φερομένων τῶν ἐκκλησιαστικῶν ὡς ἔτυχεν, καὶ μὴ ὕντος

#### 8. συνόδου add A

crum faciendum cum patriarcha Iosepho, qui postea Florentiae diem suum obiit, convenienter, liturgia in maximo divini logi sapientiae templo peracta navigare inde decreverunt, exarcho seu inceptore synodi designato Marco Eugenico, Ephesi metropolita. delati in Italianam cum ad Latinos venissent, post plures congressus et integri biennii moram sane unionem seu consensum fecerunt, quemadmodum acta Florentinae huius, quae octava nominatur, synodi perhibent: sed exitu nullo bono, eo quod subscribere recusaret Ephesius, et verborum concertationes, postquam Cpolim rediissent, alias denuo multi sererent. ea causa fuit nullius postea summissi auxili: sed Hylam, ut proverbio dicitur, tanto tempore clamaverant.

Postquam ex Italia domum redditum fuit, repperit imperator suam, quam summe dilexerat, coniugem, Mariam Cantacuzenam, non amplius in vivis sed ante tempus vita defunctam. ita hic quidem in luctu erat. qui vero in urbe degebant clerici, hieromonachi, sacerdotes, abbates, confessionibus audiendis praepositi (pneumatici dicti) ac ceteri, ii nolebant liturgias et sacra cum illis qui venerant celebrare aut in precibus mentionem ipsorum facere, sed ab eis recedebant, tanquam qui pietatem, ut ita dicam, abieciissent. multi sacerdotio etiam renuntiarunt. denique unitatem divisio, concordiam discordia consecuta est. qd hunc modum iactalo temere ecclesiae statu

πατριάρχον διὰ τὸ τελευτῆσαι ἐκεῖ, ἄλλου δὲ προβιβασθῆναι  
5 μὴ θέλοντος διὰ τὸ σκάνδαλον (ἥν γὰρ οὐκ ὀλίγον), οὕτως  
ἔμενον τεταραγμένοι. ὁ Νικαίας δὲ Βησσαρίων καὶ ὁ Ρωσ-  
σίας ἔμειναν ἐν τῇ Ῥώμῃ. καὶ ἐγένετο καὶ καρδινάλιος ὁ  
Βησσαρίων, τιμὴν καὶ δόξαν δεξάμενος καὶ τὸ ἀσκανδάλιστον 5  
ἀσπαζόμενος.

Ἡν δὲ ἐν Κωνσταντινούπολει τις ἀγιώτατος πνευματι-  
κός, λεγόμενος Γρηγόριος ἡ μαμμή, σύντεκνος τοῦ μεγάλου  
δουκός. ἄραντες οὖν αὐτὸν καὶ μὴ θέλοντα εἰπεῖν ἐποιήσαντο  
καὶ ἀνηγόρευσαν πατριάρχην. ὃς καὶ τὸ σκάνδαλον αὐξανό- 10  
μενον ὅρῶν καὶ τὴν ἄλωσιν προλέγων παρητήσατο, προειπὼν  
καὶ τῷ ἴδιῳ συντέκνῳ τῷ μεγάλῳ δουκὶ ὡς οἱ Ἀγαρηνοὶ σφά-  
ξουσι τοὺς νιὸν τούτον ἔμπροσθεν αὐτοῦ, ὃς καὶ γέγονεν ὑστε-  
ρον, ὡς ὁ ἄγιος ἀνθρωπος προεἶπεν.

Οἱ βασιλεὺς δέ, πεσὼν ἐν νόσῳ δεινῇ τῇ τῆς ἀρθρίνιδος, 15  
ἐκειτο πάσχων μεγάλως. ὁ σουλτάνος δὲ Μουράτης, ὃς κο-  
ρεσθεὶς πλούτον καὶ δόξης, καταλιπὼν τὴν ἡγεμονίαν πρὸς  
τὸν νιὸν σουλτάνην Μεχεμέτην, τὸν ἐν Μαγνησίᾳ διατρίβοντα  
αὐτὸν μὲν μετεκαλέσατο καὶ ἐστησε βασιλέα, αὐτὸς δὲ ὁ πα-  
τὴρ σουλτάνην Μουράτης πορευθεὶς ἐν ταύτῃ τῇ Μαγνησίᾳ 20  
καὶ ἀνοικοδομήσας ἀνάκτορα ἴδια ἴδιαζεν ἐντὸς τούτων καὶ  
ἔγι βίον εἰρηνικὸν ὡς γηραιὸς ἔμφρων. ὁ σουλτάνην Μεχε-

et perturbato, cum patriarcha, Iosepho illi mortuo, nullus esset, nemo etiam, propter dissensionem ac confusionem, quae non modica erat, se ad eum honorem produci pateretur, in hac perturbatione manserunt. Nicaeae vero Bessario et Russiae antistes Romae substiterant; ubi in cardinalium ordinem Bessario cooptatus amplissimoque honore affectus concordiam et otium amplexus retinuit.

Erat Cpoli pneumaticus quidam, vitae sanctimonia praestans, nomine Gregorius Mamma, magni ducis compater. hunc arreptum patriarcham fecerunt invitum, ac renitentem renuntiaverunt. sed is dissidium in dies longius serpere videns, expugnationemque urbis praedicens, se munere abdicavit, cum quidem illi ipsi suo compatri praedixisset filios eius in conspectu ipsius. ab Agarenis trucidatum iri; quod sancti viri vaticinium ipso posterius eventu comprobatum fuit.

Imperator interea, magnos articulorum dolores habens, graviter afflictus decumbebat. at sultanus Murata, satiatus et expletus opibus ac gloria rerum gestarum, regnum filio Mechemetae, qui Magnesiae commorabatur, destiuavit, accersitumque regem constituit. ipse vero Magnesiam profectus proprium sibi palatium aedicavit; in quo privatus placidam et quietam vitam, ut senex pru-

μέτης δὲ νέος ὧν καὶ μείραχος τρέχων ἡλικίāν εἶχε βεζί-  
ριδας φρονιμωτάτους τὸν τε Χαλιλπασιᾶν καὶ Πρεϊμπασιᾶν,  
ἄλλος δὲ οὐκ ἥκουεν αὐτῶν ἐν εἰδενί, ἀσχολάζετο δὲ κυνη-  
γεσίοις καὶ πότοις. ἀκούσαντες δὲ οἱ τῶν Οὐγγρων ἄρχοντες  
5 ὅτι βασιλεύων ἔστιν ἐν Ἀγαρηνοῖς νέος καὶ ἀπειψος πολέμων,  
ἀρμησαν κατὰ τῶν Ἀγαρηνῶν. τὸ πλέον δὲ ἐγένετο ὅτι μη-  
τυμάτων τοῦ βασιλέως τῆς πόλεως πρὸς τὸν κράλη καὶ τὸν  
Ἰαγγον, ὃς ἦν μέγας στρατηγός, εἰπόντος ἐνόρκως τοῦ βασι-  
λέως ὡς δὲν δυνηθῆς ἐκβιαλεῖν τὸν ἐγχρόδον ἡμῶν ἐκ μέσου,  
10 τὸ στέμμα τῆς ἐμῆς βασιλείας θήσω ἐν τῇ σῇ κορυφῇ ὡς  
ἐλευθερωτὴν τῶν Χριστιανῶν καὶ τῆς πίστεως ἡμῶν στῦλον,  
καὶ ἐτερα ὄχιματα ὅμοια ἐπαναγκάσαντα καὶ πείσαντα αὐτούς.  
ἔφθασαν οὖν περάσαντες ἐκ τοῦ ποταμοῦ Λάνουβι μετὰ δυ-  
νάμεως πολλῆς, λεηλατοῦντες τὰς χώρας καὶ κάστρα τῆς Βουλ-  
15 γαρίας. ὑπέκυψαν οὖν αὐτοῖς σχεδὸν ἀπαντα. κατελθόντες δὲ  
μέχρι Βάρνας αὐτῆς, παρέλαβον δὲ καὶ αὐτήν, τῶν Ἀγαρη-  
νῶν πότῳ καὶ κυνηγεσίοις προσεχόντων βασιλικοῖς· φιλεῖ γάρ,  
ὡς λέγει τις τῶν παλαιῶν σοφῶν, τὸ ὑπήκοον γνώμη τῇ τοῦ  
ἄρχοντος ἐπεσθαι καὶ βιοῦν. τούτων δὲ οὖτω τηνάλλως φε-  
20 ρομένων, ιδόντες οἱ βεζίριδες ὅτι καταπατηθήσεται πᾶσα ἡ  
δύσις μετὰ μεγάλης ὀρμῆς καὶ ἀπολεσθήσεται ἡ ἄρχη αὐτῶν,

## 2. χαλίκ παστας C

dens, vivebat. sultanus Mechemeta, ut adolescens, levibus pasce-  
batur ventis. habebat is quidem visiros seu consiliarios pru-  
dentissimos, Chalilbassam et Preibassam: sed prorsus nulla in  
re illis obediebat, ac tantum venationibus conviviisque vacabat. Ungari itaque certiores facti rei Turcicæ præpositum esse ho-  
minem adolescentem, disciplinae militaris imperitum, in bellum ad-  
versos Agarenos ruebant. id paecipue factum est imperatoris Ioan-  
nis literis et legatis ad Ungariae regem et Ioannem Huniadem, præ-  
stantissimum belli ducem. dixerat sub religione iuris iurandi impa-  
tor “si poteris hostem nostrum Europa exturbare, coronam ego ma-  
iestatis meae capiti tuo imponam, ut liberatori Christianorum et col-  
lumnae religionis nostræ.” addiderat et id genus alia, vim ad per-  
suadendum habentia ipsosque cogentia. descenderunt igitur, flumen  
Danubium secuti, cum magno exercitu; traiicentesque in Bulgariae  
ex agris et oppidis praedas egerunt. cesserunt ipsis prope omnia,  
quocunque venirent. hoc modo Varnam usque progressi eam ipsam  
occuparunt, dum conviviis venationibusque Agareni exemplo regis sui  
indulgent. ut enim apud quandam priscorum sapientum est, quales  
in republica sunt principes, tales ipsi quoque solent esse cives. in  
hac perturbatione rerum, cum proceres Turcici viderent tanto impetu  
Occidentem conculcatum iri suumque imperium peritum, his de re-

διεμηνύσαντο τὸν γέροντα τὸν σουλτάνῳ Μονράτην, ὃντα ἐν τῇ Μαγνησίᾳ, ὡς εἶπομεν, γράψαντες πρὸς αὐτὸν οὕτως· “ὅδιος σου, βασιλεῦ, ἔστι νέος καὶ ἀπειρός πολέμου, καὶ ἔτερον οὐ χεῖρον, ὅτι οὐδὲ ἡμῶν τὰ συμφέροντα συμβουλευόντων ἀκούειν ἐθέλει. διθεν ἐλθὲ διὰ συντόμως, ὅτι κινδυνεύει ἀπο-5 λεσθῆναι τὸ ἡμέτερον γένος καὶ πεσεῖται, καὶ ἔσται ἡ ἀμαρτία ἐν τῇ σῇ ψυχῇ.” ἀκούσας δὲ τοὺς τοιούτους λόγους ἦλθεν ἀντικρὺ τῆς πόλεως ἐν Χρυσοπόλει τῇ λεγομένῃ Σκούταρι. φοβούμενος δὲ διαπερᾶσαι ἦλθεν ὁ Χαλίλ πασιᾶς μετὰ φουσάτου ἀπέναντι ἐκ τοῦ δυτικοῦ μέρους τῆς χώρας τοῦ 10 Ἀσσωμάτου, καὶ διεμηνύσατο τὸν βασιλέα ὅπως περίση αὐτόν, ἵνα μὴ ἀπέλθῃ ἀπὸ Καλλιοπόλεως καὶ διαπεράσῃ καὶ οὕτω ποιήσῃ μάχην μετὰ τῆς πόλεως. ἔστειλεν οὖν ὁ βασιλεὺς κάτερον καὶ ἐπέρωσεν αὐτὸν, τὴν μάχην φοβούμενος. οὗτος ἡ θαυμαστὴ γνῶσις τοῦ βασιλέως ἐκατέρωθεν ἐκράτει. 15 πορευθεὶς οὖν ἐν τῇ Βάρνη συνάπτει πόλεμον μετὰ τῶν Οὐγγρῶν, καὶ νικῶσιν αὐτὸν παντελῶς καὶ κατὰ κράτος, ἀφανίσαντες τὰ φουσάτα δύσεως καὶ ἀνατολῆς. ἐν ᾧ πολέμῳ ἐπεσον πολλοὶ ὀνομαστοὶ καὶ μεγάλοι, ἐξ ὧν ἦν καὶ ὁ Καρατζιαπασιᾶς, μπεγλέρπεις ὥν τῆς ἀνατολῆς. ἐγένετο δὲ μέγας ἄφα-20 νισμὸς εἰς τοὺς Ἀγαρηνούς. ἐμεινε δὲ ὁ αὐθέντης μετὰ τῆς πόρτης τοῦ μόνης.

## 19. καρατζιαμπασίας C

## 20. μπεγλερμπεής C

bus sultano Muratae, quem Magnesiae solitariam vitam agere diximus, significant, literis in hanc sententiam scriptis: “filius tuus, domine, adolescens est et rerum bellicarum rudis. accedit alterum, non minus incommodum, quod nec dicto nobis audiens est utilia consulentibus. fac ergo cito venias. periculum enim est ne concidat genus nostrum et extirpetur; cuius mali culpa tota in tuo animo residet.” his Murata perceptis Chrysopolin accessit; quae e regione Byzantii sita est, Scutaris vulgo dicta. ibi trajectum ipso metuente venit Chalilbassa cum copiis, ex adverso, a parte Occidentis, ubi Asomati dictus locus est; ex quo per nuntium monuit imperatorem, traiiceret Muratam, ne is Callipolin abiens ibi transiret, tuncque imperatrici urbi bellum faceret. metuens ergo id periculi imperator, missa trireme, illum traduxit. ita factum ut mira solertia regis utroque superior exstiterit. profectus ad Varnam cum Ungaris acie decernit; a quibus exercitus ipsius Europaeus Asiaticusque fortissime fusus fugatusque est, multis magni nominis Turcis occisis, et inter hos Caraziabassa, Orientis bellerbeio; magnaque Saracenorum strage edita sultanus cum suo praesidio, quod porta nominatur, solo remansit.

Ἐκάθισαν δὲ εἰς βουλὴν οἱ Οὐγγροί, ὅπως πολεμήσωσι καὶ ἀντιστῶσι καὶ ἀφανίσωσι καὶ τὴν πόρταν. ὑπῆρχε δὲ ὁ Ἱαγγος ἐμπειρότατος ἐν πολέμοις. λέγει δὲ ἔμπροσθεν τοῦ κράλη καὶ τῶν ἀρχόντων “φαίνεται μοι καλὸν ἵνα πορευθῶ 5 ἐγώ μετὸν ἐκλεκτῶν στρατιωτῶν ὃν ἐγὼ οἶδα. καὶ εἰ μὲν εὐδοκοῦντος θεοῦ εὐτυχήσω, τῷ θεῷ χάρις· ἐὰν δὲ γένηται τούναντίον, πάλιν ὁ κράλης ἴσταται μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ. εἰ δὲ πορευθῇ μὲν ὁ κράλης, γένηται δέ τι ἄλλο, τί μέλλομεν γενέσθαι;” ἥρεσε δὲ ἡ τοιαύτη βουλὴ τοῦ στρατηγοῦ πᾶσιν ὡς 10 ἀρίστη. ὁ κράλης δὲ νέος ὡν οὐκ ἤκουσε τὴν συμφέρουσαν ταύτην βουλὴν, ἀλλ’ ἤκουσε βουλὰς νέων, εἰπόντων αὐτῷ ὡς ἡ νίκη ἔως τοῦ νῦν σῆ ἡν· οὐδὲν γὰρ ἔμεινεν εἰ μὴ τὸ λαβεῖν ἰδίαις χερσὶ τὸν αὐθέντην Ἀγαρηνῶν. εἰ δὲ πορευθῇ ὁ Ἱαγγος, μέλλει γενέσθαι φῆμη ὅτι αὐτὸς ἐποίησε τὴν νίκην. 15 ἀκούσας οὖν τοὺς λόγους τῶν νέων, εὐθέως ἔθωκαν τὰς τοῦ πολέμου σάλπιγγας ἵξε ἐκατέρουν μέρους· καὶ καβαλικεύσαντες χαρᾶ καὶ μέθη κάτοχοι (ἔθος γὰρ αὐτοῖς πίνειν οἴνον πολὺν καὶ μεθύσκεσθαι) ὠρμησαν ἐνώπιον πάντων φί πρωτοι καὶ μᾶλλον αὐτός, δόντες αὐτοῖς δρόμον καὶ ἀδειαν οἱ λαοὶ 20 καὶ τὰ πλήθη. ἐκ τοῦ γεγονότος οὖν σφοδροῦ πολέμου καὶ τῆς μάχης καὶ τῶν ἀπείρων φόνων ἡθέλησεν δ σουλτάν *Mou-*  
*ράτης* φυγεῖν· ἐκώλυσαν δὲ αὐτὸν οἱ γενίτζαροι εἰπόντες

Consilium agitare Ungari de pugna redintegranda et porta quoque adorienda ac delenda. ibi Huniades, ut rei militaris scientissimus, ad regem et proceres verba huiusmodi facit. “mihi faciendum videatur” inquit “ut ego cum delecta militum manu, quorum virtus mihi nota est, eam. nam si deo iuvante rem feliciter gessero, gratia deo habenda erit. sin contra evenerit, salvus est rex cum exercitu suo, rebus melioribus reservatus. quodsi rege ad praelandum profecto offensum fuerit, quod deus avertat: quid de nobis fiet?” placuit consilium optimi ducis optimum omnibus. sed rex aetate et animo invenili praeditus id audire, quamvis salutare, noluit: verum consiliis iuniorum auscultavit, dicentium “victoria penes te stetit, rex, hactenus; nec aliud quicquam restat nisi ut ipse tuis manibus principem Agarenum capias. at si Ioannes iverit, ei victoriae partae gloria, ut auctori, accepta referetur.” probato itaque iuniorum consilio, continuo ex utraque parte tubae bellicum cecinerunt. tunc equis profecti alacres, vino ad ebrietatem hausto (quippe gens ea multum vini bibere et ineibriari, solet) irruerunt primi in conspectu omnium proceres, et magis ipse rex, viam eis et cursum dantibus militibus et exercitu. commissum fuit tanto animorum ardore praelium, tanta 1444 cadentium strage, ut iam fugam inire Murata vellet. sed obstiterunt Nov. 10

ὅτι χρεία ἔστιν ἵν' ἀποθάνης μεθ' ἡμῶν. ὁ δὲ κράλης εὑρὼν δρόμον εἰσῆλθε πλησιάσας ἀτάκτως τῷ σουλτάνῳ. εἰς οὐν τῶν γενιτζάρων ὀνόματι Χαμουζᾶς κρούσας τοὺς ἐμπροσθίους πόδας τοῦ ἵππου μετὰ πελέκυος ἀπέκοψεν αὐτούς· καὶ πεσὼν ὁ ἵππος πλησίον τοῦ σουλτάνου ἔρριψε τὸν κράλην· καὶ πιάσαντες αὐτὸν ἀπέτεμον τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ θάντες αὐτὴν ἐπάνω δύρνος ἡλάλαξαν. ενθέως δὲ εἰς τούπισθεν ἔδραμεν ὁ λαὸς τοῦ κράλη ἄπας, οὓς καὶ κατεδιώξαντες οἱ Ἀγαρηνοὶ τοὺς μὲν ἀπέκτειναν, τοὺς δὲ ἔλαβον αἰχμαλώτους. οἱ πλείονες δὲ αὐτῶν διωκόμενοι ἀπεπνίγησαν ἐν τῇ λίμνῃ τῇ<sup>10</sup> πλησίον Βάρην. ταῦτα ἐποίησεν ἡ κακοσυμβούλια. ὁ δὲ Ἱαγγος προϊδὼν τὸ ἐσόμενον ὡς στρατιώτης δι' ἄλλης ὅδοις ἀνεχώρησεν ἐν τῇ ἴδιᾳ πυτρίδι. καὶ οὕτω τοιοῦτον τέλος ἔσχον οἱ πόλεμοι αὐτῶν καὶ αἱ συμπλοκαί.

'Ο σουλτάνη Μουράτης ἐπιστρέψας νικητής καὶ τροπαιοῦ-<sup>15</sup> χος, ἐποίησε τὸν γενίτζαριν τὸν Χαμουτζᾶν σιαντζιάκπείν Φιλαδελφίας, ἀπέστειλε δὲ τὸν σουλτάνη Μεχεμέτη τὸν νιὸν αὐτοῦ πάλιν ἐν Μαγνησίᾳ, ὃπου καὶ πρῶτον ἦν, αὐτὸς δὲ παραλαβὼν πᾶσαν τὴν βασιλείαν ἐκάθητο ἐν Ἀδριανούπολει, μένων ἐν εὐημερίᾳ καὶ ἐντρυφῶν. μετὰ δὲ παραδομὴν ἐτῶν 20 τριῶν ἐτελεύτησε ταφεῖς ἐν τῇ Προύσῃ, βασιλεύσας ἕτη τριάκοντα δύο.

## 16. σιαντζάκπειν C

## 21. τριάκοντα δύο add A

Ianizari, dicentes "manendum tibi est, et nobiscum moriendum." rex, via ferro patefacta, sine ordine ad sultanum usque imprudenter penetravit. ibi Ianizarorum quidam, cui nomen Chamuzae, anteriores regii equi pedes bipenni abscedit; quo prope sultanum collapso rex humi stratus iacuit. cuius capti caput praevisum, hastae infixum ac sublime portatum, fuit, addito laeto, tanquam victoria iam parta, clamore. quo spectaculo perculsus Ungaricus exercitus statim pedem retulit universus ac fugit. hos insecuri hostes partim occiderunt, partim vivos ceperunt. maior tamen pars inter fugiendum in palude Varnae vicina submersa periit. hic mali consilii exitus fuit. at Ioannes, futuri haud improvidus, habitu ac specie gregarii militis, alia via in patriam suam rediit. hunc finem bellum hoc et pugna habuit.

Sultanus vero Murata, victor cum opimis spoliis reversus, illum victoriae auctorem Ianizarum, cui nomen Chamuzae fuisse diximus, Philadelphiae saniachum fecit; filium Mechemetam Magnesiam, ubi antea vixerat, remisit. ipse, repetita regni totius administratione, Adrianopoli residebat, rebus gestis fortunatus, felicitate et deliciis partis fruens. triennio post elapsa finem vitae fecit, Prusae sepultus, postquam 32 annos regnasset.

*Καὶ πάλιν ἔλαβε κατὰ ἀλήθειαν ὁ νίδις αὐτοῦ σουλτάν<sup>8</sup> Μεχεμέτης τὴν πᾶσαν βασιλείαν καὶ κληρονομήσας καὶ δια-  
δεξάμενος τὸν πατέρα αὐτοῦ. οὐ πολὺ δὲ ἐν μέσῳ, καὶ ἀτε-  
λεύτησε καὶ ὁ βασιλεὺς, κύριος Ἰωάννης ὁ Παλαιολόγος, βασι-  
5 λεύσας ἐτῇ εἰκοσι τέσσαρα. ἡλθον οὖν οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, ὃ τε  
Κωνσταντῖνος ὁ δράγασις, Δημήτριος καὶ Θωμᾶς· καὶ πα-  
ραδόπτες τὴν βασιλείαν τῆς πόλεως πρὸς τὸν Κωνσταντῖνον  
αὐτὸν αὐτοὶ καὶ ἀμφότεροι ἐπορεύθησαν ἐν Πελοποννήσῳ.  
καὶ μερισάμενοι ταύτην ὁ μὲν ἐν Λακεδαιμονίᾳ δὲ δέ ἑτερος  
10 ἐν Κορίνθῳ ἐκάθηντο, ὡς οὐκ ἔδει.*

*'Ο δὲ σουλτάν<sup>9</sup> Μεχεμέτης οὗτος, παραλαβὼν τὴν ἡγεμο-  
νίαν δύσεως καὶ ἀνατολῆς, βουλὴν ἐβούλευσατο πικροτάτην  
κατὰ τῆς πόλεως καὶ κατὰ τῶν Χριστιανῶν. καὶ πρῶτον μὲν  
ὑπεκρίθη φιλίαν ἄκραν μετὰ τῶν πολιτῶν, γέμουσαν δὲ δό-  
15 λον καὶ πονηρίας οὐ μικρόν. κτίζει οὖν ἄγονθεν τοῦ Φάρου,  
εἰς τόπον λεγόμενον Φονέαν, νεόκαστρον, ὅπερ τὸν ἴσταται,  
μετὰ πύργων στερεῶν καὶ ἰσχυρῶν. δι' ὃ κτιζόμενον καὶ  
ἰπεγειρόμενον ἐδίδουν καὶ οἱ πολῖται τὰ πρὸς χρείαν, τρο-  
φὰς ἐν μέρει καὶ λίθους καὶ ἄλλα. τούτο δὲ ἐποίουν φο-  
20 βούμενοι αὐτὸν, μή πως μάχην ποιήσηται μετ' αὐτῶν, καὶ  
ὅτι, εἰ καὶ ἡδύναντο κωλύειν, ἄλλὰ τινὲς ἡλπιζον εἰς τοὺς  
ὅρκους οὓς είχον μετὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, σὺς καὶ αὐτὸς*

5. εἰκοσι τέσσαρα add A

Tunc Mechemeta filius, stabili hereditate patri succedens, uni- 1450-  
versum regnum recuperavit. nec multo interiecto tempore impera-  
tor quoque Ioannes extremum vitae diem confecit, postquam rei  
Romanae 24 annos praefuissebat. itaque convenerunt consultandi causa  
fratres illius, Constantinus cognomento Dracosis, Demetrius ac Tho-  
mas. ibi administratione imperii urbis Constantino tradita, ambo  
ipsi in Peloponnesum abierunt. quam cum inter se partiti essent,  
alter Lacedaemon, Corinthi alter, contrā quam fieri debebat, sedem  
reperunt.

Ceterum iste sultanus Mechemeta, imperio Occidentis et Orientis  
potitus, consilium contra urbem acerbissimum cepit et adversus Chri-  
stianos. primo quidem summam erga cives amicitiam simulavit, sed  
in alitiae fraudisque admodum plenam. itaque condit supra Pharum,  
in loco Phonea nomine, novum quoddam castellum, quod hodie ex-  
stat, plurium validissimarum turrium, ad id condendum et excitandum  
civibus etiam urbis, ea quea usui erant, suppeditantibus, alimenta ex  
parte, lapides et huiusmodi alia. id metu adducti faciebant, ne bel-  
lum forte ipsis inferret. accedebat quod, licet prohibere possent,  
spem tamen quidam habebant in foedere et iuramento, quod cum

ἔστερξε καὶ ἐβεβαιώσε, καὶ ἔδείκνυε καὶ ἄκραν φιλίαν πρὸς τοὺς Βυζαντίους πλαστῶς, ὡς τὸ τέλος ἔδειξε, καὶ καιρὸν δουλεύων. μετὰ δὲ τὸ τελειῶσαι καὶ ἀπαρτίσαι τὸ κάστρον αὐτό, Θέμενος σκύπτρα, φύλακας, σκευὰς καὶ δηλα ἄλλα, 5  
ἐπορεύθη ἐν Ἀδριανούπολει.

Ἐλχον δὲ ἐλπίδας οἱ ἐν τῇ πόλει ἦνα, ἕν τι ἴδωσιν, ὡς πλησίον ἀφανίσωσιν· ἐτρέφοντο δὲ μάτην ταῦτα οἰόμενοι. ἀναχωρήσαντος γὰρ τοῦ σουλτάνου τόπον μερικόν, πορευομένου πρὸς Ἀδριανούπολιν, οἱ Ἀγαρηνοὶ καταδιώξαντες μετὰ. τῶν ἵππων καὶ ποιῆσαντες πιλάλημα, ὡς ἔθος αὐτοῖς, ἥρπα- 10 σαν μέρος ἀνθρώπων, τοὺς ἐντυχόντας ἐν μέρεσι τῆς χώρας τῶν Ἀσωμάτων καὶ τοῦ ἄγιου Φωκᾶ. διεφημίσθη δὲ καὶ φῆμη ὅτι εἶπεν ὁ σουλτάνος ὅτι ἰδού ἀπέρχομαι, καὶ τὸν Ἀπρίλλιον ἔρχομαι πάλιν, καὶ γνώτωσαν οἱ ἐν τῇ πόλει. διαμηνυσάμενοι δὲ οἱ Βυζάντιοι, καὶ εἰπόντες ὡς οὐκ ἔστι δι- 15 καιον ἦνα μενούσης τῆς ἀγάπης ἀρπασθῶσιν οἱ ἀνθρώποι αὐτῶν, ἀπεκρίθησαν ὅτι ὁ αὐθέντης οὐκ οἰδε τὸ γινόμενον. ὥρισεν οὖν ὅπως ἔξετάσαντες εὑρώσι καὶ πέμψωσιν εἰς τὰ Ἰδια.

9 Τοιαύτην οὖν εἰρήνην πλαστὴν ἔχοντες, γέγονε καὶ μάχη 20 φανερά· ψυχὴ γὰρ ἀδικεῖν προελομένη οὐδύναται ἐπὶ πολὺ φέρειν τὸ σκιάζον. ἐκινήθη δὲ τῷ αὐτῷ ἔτει ὥσπερ θῆρ

## 22. σκιάδιον Α'

patre ipsius factum fuerat; quod etiam ipse a se confirmatum servabat, summamque erga Byzantios praeferebat benevolentiam. sed simulate totum ab eo factum, ut eventus declaravit, tantum temporis causa, castri aedificatione ad finem perducta, positis inibi vexillis, praesidio, tormentis bellicis aliisque armorum generibus, ipse Adrianopolin se contulit.

Habebant spem oppidani se, si quid periculi viderent, posse illud, ut in propinquuo situm, diruere: sed ea spes fallax fuit. nam cum sultanus aliquantum discessisset Adrianopolin petiturus, Agareni interea equestribus excursionibus de more factis homines rapiebant, quos obvios in locis regionis Asomatorum et S. Phocae habuissent. fuit et fama sparsa, dixisse sultananum "nunc quidem abeo, sed mense Aprili redibo; et cognoscet, qui in urbe sunt." Byzantiis per legatos conquerentibus, ac dicentibus non esse iustum pacis tempore suos homines abripi, responsum fuit haec imprudente sultano fieri. iussit ergo is, inquisitione facta, inventos ad sua remitti.

Cum hoc modo fictam infidamque pacem haberent, ad apertum tandem bellum deuentum est. animus enim qui semel iniuste agere

ἄγριος κατὰ τῆς πόλεως, μετὰ πλήθους ἀναριθμήτου, ἐκ τε γῆς, καὶ θαλάσσης. καὶ τὴν μὲν γῆν ἐπλήρωσεν ἀνθρώπων καὶ ἵππων, τὴν δὲ θάλασσαν διὰ τῶν μακρῶν νηῶν, πληρώσαντες καὶ ταύτας ἀνθρώπους ἐκ τῶν χωρῶν τοῦ βασιλέως, 5 τοῦ μέρους τοῦ Πόντου, βίᾳ διμειάνειν ἀναγκάζοντες.

Παραγενομένων δὲ τῶν νηῶν, ἐκωλύντο ὅπο τῆς μεγάλης ὑλύσου τῆς ἡπλωμένης ἀπὸ Γαλατῶν ἄχρι Βυζαντίου εἰσελθεῖν ἐντὸς τοῦ λιμένος. ἐποίησαν οὖν κατασκευὴν οἵαν εἰκὸς θαυμάσαι καὶ ἐκπλαγῆναι. πετάσαντες γὰρ αὐτῶν τὰ 10 ιστία καὶ θέντες ὑποκάτω τρόπας, καὶ ἄλλας ποιήσαντες μηχανάς, ἔσυρον αὐτὰς ἐπάνω τῆς χέρσου, πλήθει λαοῦ πολλοῦ, ἀναβιβάσαντες καὶ διαπεράσαντες ἐπάνω τῶν νψωμάτων καὶ τόπων τοῦ Γαλατῶν, μετὰ τυμπάιων καὶ σαλπίγγων ἔλκοντες. κατεβιβάσαν δὲ αὐτὰς ἀντίπεραν εἰς τὰ γλυκέα νερά. 15 καὶ οὕτως ἐκυρίευσαν τοῦ λιμένος. εἶτα ἐποίησαν πάλιν σκάλας μετὰ βουτζίων καὶ σανίδων, καὶ ἐδησαν, ἄχρι ἔυλοπόρτας καὶ οὕτω παντοιοτέρως περιεκύλωσαν, ὡς κύνες πολλοί, τὴν θαυμασίαν πόλιν, καὶ ἐστενοχώρουν.

Παρακαθημένων οὖν αὐτὴν καὶ πολιορκούντων καὶ πολεμούντων ἀπό τε ἔρημῶν καὶ θαλάσσης ἐχύλασε καὶ τείχους μέρος μετὰ τῆς μεγάλης σκευῆς, ἀπὸ τῆς πύλης τῆς λεγομέ-

constituit, diu simulationis involucro et umbra tegi non potest. commovit igitur eodem se anno ceu bellua atrox, adversus urbem ianumbris copiis tendens, terra marique. terram implevit viris et equis, mare longis navibus; quas et ipsas hominibus partim e regionibus imperatoris partim ex ora ponti Euxini, vi consondere coactis, complevit.

Classis postquam accessisset, intrare portum propter ingentem catenam a Galatae seu Perae oppido Byzantium usque obtentam non potuit. machinationem ergo aggressi sunt miram ac merito obstupescendam. expansis enim navium velis, et vario machinarum genere ad promovendum subiecto, in terram illas magna populi manu subtraxerunt, donec sublatas et proiectas per acclivia in suburbano Galatae, cum tympanorum tubarumque sonitu, statuerunt. unde postea in parte aduersa in sinum dulcium aquarum intra catenam demiserunt. hoc modo portum in suam potestatem redegerunt. postea scalas seu pontes e navibus descendendi ex dolili asseribusque fecerunt, et ad lignariam usque portam (xyloportam vocant) religarunt. ita omni modo undique circumcluserunt, veluti magna vis canum, admirabilem urbem, et coangustarunt.

Obsidentibus tum ipsam ac bello terra marique infesto prementibus, concidit moenium pars, magno tormentario impetu concussa,

νῆς Χερσοῦς ἔως τῆς πύλης τοῦ ἀγίου Ρωμανοῦ. ἐφύλαττον δὲ ἔνδοθι, ἐμβαλόντες ἀντὶ τείχους πολλὰ καὶ ἀντιμαχόμενοι. καὶ ὅπου τὸ πτῶμα, ἐκεῖ ἦσαν καὶ οἱ μέτοι.

Ἐνρέθη δὲ τῷ καιρῷ ἐκείνῳ καὶ τις ἀρχῶν Γενουβίτης, ὁνόματι Νιουστούνιας, μετὰ καραβίων μεγάλων δύο. καὶ εἰ-<sup>5</sup> δὼς ἄπερ ἐπισχον οἱ Βυζαντῖοι, καὶ δι τούτους τῶν ἀρχόντων ἥθελε σταθῆναι εἰς τὴν χαλάστριαν, ἀλλὰ εἰς ἑτερον ἐλεγε σταθῆναι, ἐκαστος δὲ ἀπέφευγε δειλιῶν, σταθεὶς ἐν μέσῳ τοῦ βασιλέως καὶ τῶν ἀρχόντων εἰπε “δύναμαι ἔγώ σὺν θεῷ μετὰ τοῦ λαοῦ μου σταθῆναι καὶ ἀντιμαχήσασθαι καὶ βιστά-<sup>10</sup> σαι τὴν χαλάστριαν, ἔνεκεν τοῦ δνόματος τοῦ Χριστοῦ, μετὰ βρώσεως καὶ πόσεως τῆς ἐμῆς.” εὐχαριστησαν οὖν αὐτὸν ἄπαντες. διέμεινεν οὖν ὁ ἀρχῶν ἐκεῖνος φυλάττων καὶ ἀν-<sup>15</sup> τιμαχόμενος ἐπὶ ἡμέρας πολλάς, καὶ ἀπεδίωκε τοὺς Ἀγαρη- νούς, καὶ ἐκάλυψεν εἰσελθεῖν. ὅρα δὲ τὴν ἀμαρτίαν καὶ τὴν <sup>15</sup> τοῦ θεοῦ ἐγκυτάλειψιν. ίσταμένον γάρ αὐτοῦ καὶ ἀντιμα- χοῦντος, ἐλθοῦσα βολὴ δέδωκεν αὐτῷ εἰς τὸν δεξιὸν πόδα, καὶ ἀπὸ τῆς σφοδρᾶς ὀδύνης ἐπεσεν ὡς τεθνηκώς. ὅθεν καὶ ἄραντες αὐτὸν οἱ ἴδιοι ἀνθρώποι ἀπῆλθον, καὶ ἐνέβαλον ἐν τοῖς πλοίοις αὐτοῦ, καὶ ὑψώσαντες ίστια ἀπέδρασαν. ἀπά-<sup>20</sup> ραντες δέ, κατερχόμενοι ἄχρι Χίου νῆσου, ἐκεῖ ἐτελεύτησαν.

ea quae extenditur a porta Chersone ad portam usque S. Romani. qui oppidani ibi stationem habebant, in locum ruinae pro muro multa obiecerunt, locum tutantes. atque ubi pars moenium cecidisset, eo tanquam aquilae advolabant.

Advenerat eo tempore vir quidam nobilis, ex urbe Genua oriundus, nomine Iustinianus, duabus cum magnis navibus. is cernens mala quibus conflictabantur Byzantii, neminemque de nobilitate in loco ab hostibus maxime infestato velle resistere, sed alium alii iubere, unumquemque autem metu refugere, progressus in medium ad impe-  
ratorem et proceres, “possum ego” inquit “cum meis militibus, opitulante deo, ibi stare et repugnando in ruinis muri impetum hostium ac violentiam sustinere ob honorem nominis Christi, idque meo sumptu et alimentis.” gratiae fuerunt ei a cunctis actae. tutatus est igitur pugnando locum vir ille fortis ad multos dies, et Agarenos irruere conantes reiecit, irruptioneque urbis prohibuit. sed en peccatum, en auxiliis divini destitucionem. nam cum in hostem constanter pugnaret, ictus fuit globo tormenti in dextero pede. unde vehementi dolore orto in terram cecidit, et pro mortuo iacuit. itaque sublatum asportarunt sui, eoque navibus suis imposito vela fecerunt et ab urbe discesserunt. cum ad insulam Chium delati appulissent,

διεφημίσθη δὲ ὅτι ἔνδοθεν τοῦ κάστρου δέδωκαν αὐτῷ. ἀλλὰ τὸ ἀλήθες οὐδεὶς οἶδεν, ὅπως ἐγένετο.

Τούτου δὲ καὶ ἔτι ἀντιμαχοῦντος, βουλὴν ποιησάμενοι οἱ ἐντόπιοι ἐπεμψαν μετὰ πλοιαρίου μικροῦ καὶ ταχέος νέους 5 τεσσαράκοντα ὄπως πυροπόλησσοι τὴν ἀρμάδαν Ἀγαρηνῶν κρυφίως, ἔξειλθόντες ἀπὸ τοῦ κυνηγοῦ τῆς πύλης. ὃ δὴ καὶ μαθόντες οἱ ἐν Γαλατῇ Φράγγοι, φιλίαν πρὸς Τούρκους ἐνδεικρύμενοι, ποιήσαντες φῶτα ἀνωθεν τοῦ μεγάλου πύργου εἴδησιν Ἀγαρηνοῖς ἔδωκαν· καὶ ἀφέντες σκευὴν βομβάρ-10 δαν λεγομένην ἐκ τῶν κατέργων ἐβούλησαν τὴν Τριβούδαν, καὶ ἀπεπνίγησαν οἱ Θαυμαστοὶ ἑκεῖνοι, καὶ ἐν ὕδαισιν ἀπέ-θανον.

Ταῦτα οὖν ὁρῶντες οἱ τῆς πόλεως, καὶ εἰς νοῦν θέμενοι τὸ

15 θεοῦ διδόντος οὐδὲν ἴσχύει φθόνος,  
καὶ μὴ διδόντος οὐδὲν ἴσχύει πόνος,

πάλιν ἐποίουν τι, καὶ τὸ κατὰ δύναμιν οὐκ ἥμέλουν. ἀλλὰ τί ποιῆσαι εἰχον εἰς τόσον πλῆθος ἀπειρον; ἔνα εἰπεῖν εἰς χιλίους; οὐδὲν, εἰ μὴ μόνον τὸ ἐπικαλεῖσθαι τὴν θείαν βοή-20 θειαν καὶ πράττειν ἀεὶ τι τῷν δυνατῷν. γνόντες οὖν ὅτι οἱ τῆς Ἀγαρ βούλονται δοῦναι πόλεμον μέγαν καὶ δυνατὸν παν-στρατιῷ αὐριον κατὰ τῆς πόλεως καὶ πάντα λίθον κινῆσαι

illic ipse diem suum obiit. sparsus fuit rumor intra civitatem ab aliquo percussum esse. sed ea de re nihil certi constat.

Antea vero, cum is adhuc pro urbe propugnaret, oppidanī, deliberatione habita, navigio parvo ac celeri quadraginta iuvenes emiserunt, qui clam hostilem classem incenderent, Cynegia porta egressi. id cum Latini, qui Galatam incolebant, percepissent, studii sui erga Turcas significandi causa, flammæ de magna turri indicio, hostibus eos prodiderunt. qui globo bombardæ e triremi emissio celocem submerserunt. ita præclarū illi iuvenes vitam aquis suffocati amiserunt.

His visis oppidanī, cum apud animos suos illud reputassent

“deo iuvante nil nocet oculus invidus,  
et non iuvante nil valet labor improbus,”

rursus ad defensionem se comparabant, proque virili sua parte nihil, quod ad salutem pertineret, praetermittebant. sed quid contra tantam multitudinem barbarorum facerent? quid unus adversus (ut ita dicam) mille? nihil certe, nisi ut tantum implorata divina ope semper aliquid pro virili facerent. cognito igitur postridie Agarenos vehementissime oppugnaturos urbem omnibus copiis, omnemque lapidem moturos, omnem machinationem ad expugnandum adhibituros, egressi

καὶ μηχανήν, ἐσῆλθον οἱ ἔνδον πολεῖται εἰς τὸ ἔξω κάστρον, φοβούμενοι μὴ εἰσβάλωσιν ἔνδον τειχῶν τῇ δρμῇ αὐτῶν.

Οἱ Τοῦρκοι οὖν τὴν αὔριον, εὐθὺς ἄμα προϊ, πόλεμον στήσαντες καὶ δρόμον μέγαν μετὰ τῶν ἑπτων αὐτῶν εἰσῆλθον πόλλοι ἀπὸ τῆς χαλάστριας καὶ ἐκυρίευσαν καὶ τῶν μεγάλων 5 τειχῶν, καὶ σκύπτρα ἔθεντο ἐπάνω τῶν πυργών, οὓς καὶ θεασάμενοι οἱ Βυζαντιοὶ ἐπολέμησαν γενναιῶς· καὶ ἐπεσον τόσοι ἐκατέρωθεν ὡστε οὗτος ἔξω ἔτι δύνασθαι εἰσελθεῖν οὕτε τοὺς ἔνδον ἐξελθεῖν ὑπὸ τῶν ἀμετρήτων σωμάτων τῶν νεκρῶν. ἐγένετο γάρ ὁ σωρὸς τῆς πληθύος τῶν πεσόντων 10 νεκρῶν μέχρι ἀψίδων αὐτῶν τῶν πυλῶν τῶν τειχῶν, πύλης Χερσοῦς καὶ τοῦ ἀγίου Ρωμανοῦ, ὃς διφαίνετο ἐπικειμένη· καὶ οὕτως ὑπερισχύσαντες οἱ Ἀγαρηνοὶ εἰσῆλθον ἀνὰ πᾶσαν τὴν ποτὲ μὲν περιφανῆ, δυστυχεστάτην δὲ ἐκτοτε πόλιν τοῦ Κωνσταντίνου. καὶ οὕτω γέγονεν ἡ ἀλωσις τῆς ἀρίστης τῶν 15 πόλεων ταύτης, ἐν ἣτει σῆξα, μηνὶ μαΐῳ καθ', ἡμέρᾳ τρίτῃ, προϊ.

Τῆς ἀνοχῆς σου, δέσποτα παντοκράτωρ, ὅτι ἐμακροθύ-  
μησας καὶ ταῦτα γενέσθαι, ἡ μᾶλλον εἰπεῖν, παρεχώρησας.  
τίς γάρ ἔγνω νοῖν κυρίου; ἡ τίς σύμβουλος αὐτῷ ἐγένετο; 20  
τίς οὖν λιθοκάρδιός ἐστιν, ὃς δύναται μὴ κλαῦσαι καὶ θρη-  
νῆσαι τὸν τοιοῦτον λεηλατισμὸν τῆς εὐδαιμο-

sunt in exteriorem inter duos muros munitionem, quoniam metue-  
bant gravissimum hostis impetum, ne intra moenia irrumperet.

Turcae igitur postridie, prima statim luce, equis acri cursu ad-  
vecti oppugnationem intulerunt urbi gravissimam. ac mylti eorum,  
qua parte ruinae iacebant muri, irruerunt; et magnis etiam moeni-  
bus potiti signa sua in turribus fixere. repugnaverunt Byzantii ani-  
mose; ac tautus utrinque numerus caesorum fuit ut nec qui foris  
erant, amplius possent ingredi, nec qui intus, egredi prae innumero  
cadaverum acervo. is enim iam ipsas portarum Chersonis et S. Ro-  
mani fornices altitudine, adaequaverat sua, ita ut porta incumbe  
cadaveribus videretur. ita viribus valentiores facti barbari universam  
pervaserunt illam, quondam inclytam, tunc vero infelicissimam, Con-  
stantini urbem. hoc modo expugnata fuit praestantissima haec urbs,  
anno mundi sexies millesimo nongentesimo sexagesimo uno, die  
Maii 29, qui tertius hebdomadis erat, tempore matutino.

Hem tolerantiam tuam, domine omnipotens, qui haec ita fieri  
sustinueris aut potius permiseris. sed quis novit mentem domini?  
aut quis ei a consiliis fuit? quis ita saxeō corde est qui non lacri-  
metor, qui non deploret tantam spoliationem, tantam abolitionem  
urbis ante alias olim felicissimae illustris atque imperiosae, nunc au-

νεστάτης τῶν πόλεων ποτὲ καὶ ὑπερκειμένης, ἀθλιωτάτης δὲ καταστάσης καὶ ἔξουδενωμένης καὶ δακρύων ἀξίας; ποίᾳ καρδίᾳ σιδηρᾶ οὐ μὴ λάβοι πόνον τῆς συμφορᾶς ἐκείνης; οἶμαι δὲ καὶ γῆ ἐστέναξε καὶ λιθοὶ καὶ πᾶν ἄψυχον, τὴν μεγάλην  
5 καὶ ἀνυπόφορον μὴ μείναντα συμφοράν.

Καὶ ἦν ἴδειν φρικτὰ καὶ ἔξαιστα, ἀρπαζόμενα ἐκ τῶν μοναστηρίων τὰ σκένη τὰ ἱερά, θείους ναοὺς ὑπὸ ἀσεβῶν καταπατουμένους, γυναικας θεῷ ἀφιερωμένας ἀρπαζομένας, παρθένους βιαζομένας, ἐλευθέρας καὶ χυρίας καὶ εὐγενεῖς  
10 δούλας ἐλκομένας βίᾳ, κλαιούσας καὶ πᾶν εἰδος ὕβρεως ὑπομενούσας καὶ βασανιζομένας, ἵερεῖς τε καὶ μοναχοὺς μετὰ σχοινίων δεδεμένους καὶ ἐλκομένους. καὶ τίς ἵκανὸς φράσαι καὶ καταλεπτῶς διηγήσασθαι τὴν τότε γεγενημένην συμφορὰν καὶ θεήλατον ὁργήν; οὐδὲν ἄλλο εἰπεῖν πλὴν  
15 τὸ φοβερὸν τὸ ἐμπεσεῖν εἰς χεῖρας θεοῦ ζῶντος. ἦν ὅραν μετὰ τῶν ἄλλων δεινῶν καὶ τὰ τῶν βασιλέων μνήματα ἀνοιγόμενα καὶ ἐμπαιζόμενα. τοῦτο δὲ ἐποίουν ἀλπίζοντες εὑρίσκειν τι τῶν χρυσῶν ὑφασμάτων. καὶ ἄλλα κατενευαντεύοντο οἱ παρανομώτατοι.

20 Καὶ ἔγκαιρον εἰπεῖν τὸν Θρῆνον Δαβίδ, τὸ “δὲ θεός, ηλθοσαν ἔθνη εἰς τὴν κληρονομίαν σου· ἐμίαναν τὸν ναὸν τὸν

tem ad extremum miseriarum et contemptus redactae ac prorsus lamentandae? quodnam cor ita ferreum est quod, audita tanta calamitate, temperet a dolore, a luctu? terra profecto ipsa et lapides et quodvis inanimum mihi gemuisse videntur, intueri tantas tam intolerabiles aerumnas horrentia, luctuque refugientia.

Spectacula enim occurribant horrenda, captum humanitatis excedentia. direptio sacrorum vasorum e monasteriis, divinorum templorum impiis calcantibus profanatio, consecratarum deo feminarum raptus, violatio virginalis pudoris. raptabantur ingenuae, nobiles illustresque seminae servilem in modum violenter, ad coelum tendentes cum fletu et ululatu oculos, omne genus contumeliae et torturae patientes. trahabantur sacerdotes ac solitariae vitae sectatores funibus vinciti. quis tanta eloquentia esset ut verbis consequi aut oratione percensere singulas illius temporis calamitatum species iraeque divinae posset? aliud nihil dici verius potest quam hoc “horribile est in manus incidere dei viventis.” inter alia dira etiam hoc cernere erat, monumenta imperatorum effodi, aperiri, illudi. siebat hoc a sceleratis spe inveniendae detrahendaeque aureae vestis et ornatus. alia denique ab eis sceleris plena perpetrabantur.

Haud ab re fuerit, hoc loco dicere lamentum Davidis. “deus, venerunt gentes in hereditatem tuam: polluerunt templum sanctum

ἀγιόν σου· ἔθεντο Ἱερονυσαλῆμ ὡς ὅπωροφυλάκιον, ἔθεντο τὰ θνητιμαῖα τῶν δούλων σου βρώματα τοῖς πετεινοῖς τοῦ οὐρανοῦ, τὰς σάρκας τῶν ὄσιων σου τοῖς θηρίοις τῆς γῆς· ἔξέχεον τὸ αἷμα αυτῶν ὥσει ὑδωρ κύκλῳ Ἱερονυσαλῆμ, καὶ 12 οὐκ ἦν ὁ θάπτων. ἐγενήθημεν δηγειδος τοῖς γείτοσιν ἡμῶν, μυκτηρισμὸς καὶ χλευασμὸς τοῖς κύκλῳ ἡμῶν. ἔως πότε, κύριε, ὀργισθήσῃ εἰς τέλος;”

Ἄξιον καὶ τὴν παιδιῶν φύδην, δοντων ἐν μέσῳ τῆς καμίνου καὶ λεγόντων “δίκαιος εἰ ἐπὶ πᾶσιν οἵτις ἐποίησας ἡμῖν. καὶ παρεδόθημεν εἰς χεῖρας ἐχθρῶν ἀνόμων ἀποστατῶν· καὶ 10 βασιλεῖ ἀδίκῳ καὶ πονηροτάτῳ παρέδωκας διὰ τὰς ἀμαρτίας ἡμῶν.”

Πῶς κατεδέξατο ἡ ἐπ' ὀνόματι τοῦ Θεοῦ λόγου κτισθεῖσα ἀγία Σοφία, ὁ ἐπίγειος οὐρανός, ἡ νέα Σιών, ἷν ἐπηξεν ὁ κύριος καὶ οὐκ ἄνθρωπος, τὸ κανέλημα πάσης τῆς οἰ- 15 κονυμένης, τὸ ἄγαλμα τῶν ἐκκλησιῶν, ἡ ὑπερέχουσα πάντων τῶν τῆς γῆς κτισμάτων. ὡς τοῦ θαύματος, ὁ τοῦ Θεοῦ περιώνυμος νάὸς ἐγένετο ναὸς τῶν Ἰσμαηλιτῶν τῶν ἀθέων καὶ ἀπίστων. φρίξον, ἥλιε· στέναξον ἡ γῆ, καὶ κλονούμενη βόησον “ἄνεξίκακε κύριε, δόξα σοι.” 20

Τούτῳ τῷ τρόπῳ ἡγμαλωτίσθη ἡ Κωνσταντινούπολις. ὁ τυλαιόπωρος δὲ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος, ἅμα τῷ εἰσελθεῖν τοὺς

tuum, Hierosolymam in formam pomarii redegerunt. cadavera servorum tuorum devoranda volucribus caeli obiecerunt, carnem sanctorum tuorum bestiis terrae. effuderunt sanguinem eorum velut aquam circa Hierosolymam; nec erat qui sepeliret. probrosi apud vicinos nostros habemur: illudimur et sannis incessimur ab illis qui circa nos habitant. quousque irasceris, domine? nunquamne finis erit?”

Operae pretium etiam adolescentulorum carmen, qui in medio ardentissimae fornacis dixerunt “iustas es in omnibus quae nobis fecisti. traditi sumus in manus inimicorum iniquorum et defectorum. regi iniusto pessimoque nos dedisti, idque propter peccata nostra.”

λέγεται. ἐπεὶ δὲ οὐκ ἐπειθούντο οἱ συκοφάνται, ἀνέστη εἰς τὸ μέσον καὶ ἐπανατείνας τὰ κράσπεδα τῶν ἴματίων αὐτοῦ ἔδειξε πᾶσι τὰς σάρκας αὐτοῦ, καὶ ἰδόντες ἐθαύμασαν· οὐ γάρ ἐφάνη τι δέ τοι κατηγόρησαν, ἀλλ' ἔδειξεν ἑαυτὸν ὑπὸ τῆς ἀσκήσεως ὡς ἄσαρκον εἰπέντεν καθαρόν τε καὶ παρθένον· ἐφάνη<sup>5</sup> γάρ τι μόνον δέρμα, σημεῖον ἀπεριτμήτου ἀνδρός. αἰσχυνθέντες οὖν οἱ εἰπόντες πεπτώκασιν εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ τοῦ συγχωρῆσαι τὴν ἀδειάν καὶ συκοφαντίαν, ἥκι πρὸς αὐτὸν ἐποιήσαντο. παρεκάλουν δὲ αὐτὸν καὶ πάντες οἱ ἀρχιερεῖς καὶ πᾶς ὁ λαὸς συγχωρῆσαι αὐτοῖς καὶ μένειν ἐν τῷ πατριαρ-<sup>10</sup> χείῳ. αὐτὸς δὲ οὐδὲ ὅλως οὐδὲ κανένα ἀκοῦσαι ἤθέλησεν, ἀλλὰ σταθεὶς παρῷστις ἡφόρισε καὶ κατηράσατο τοῖς συκοφάνταις, καὶ εὐθέως ἐξῆλθε τῆς πόλεως μετὰ τῆς περιουσίας πάσης αὐτοῦ. καὶ πορευθεὶς ὠκησσεν ἐν τῇ μονῇ τῆς Κοσινίτζης, καὶ ἐποίησεν ἀνακτήσεις καὶ καλλιεργείας οὐκ ὀλίγας. ἔμεινε<sup>15</sup> δὲ ἐν τῇ αὐτῇ μονῇ ζῶν ἐν εἰρήνῃ.

*'Ανεβίθασαν δὲ πάλιν εἰς τὸν πατριαρχικὸν θρόνον τὸν κύριον Συμεὼνα. οὐ γάρ ἤθέλησεν ὁ τεντεπέρης λάβειν<sup>24</sup> φλωρία χίλια, ὃι εὐρέθησαν γεγραμμένα χιλιάδες δύο τοῦ Διονυσίου· τοιαύτην γάρ ἔχουσι τὴν συνήθειαν, ἵνα ἔλαττον<sup>20</sup> οὐ γραφῇ μὴ ζητῶσιν, ἀλλὰ καὶ πλέον.*

sum fuisse. proinde concilio indicto, cum eo convenisset magna vis episcoporum metropolitanum et totius ferme ecclesiastici ordinis, ille eis confirmabat delationem illam nulla veritate nisi, sed falsum crimen esse. cum fidem calumniatoribus non faceret, stetit in medio synodi, vesteque sublata genitale monstravit. res mira cunctis visa: nulla enim apparuit nota criminis comprobatrix, sed a perpetua continentiae exercitatione ipse prope carnis expertem et virginali castitate purum se concilio probavit. tantum enim cutis quaedam apparuit, testans incircumcisum hominem. confusi pudore adversarii ad pedes eius acciderunt, veniam iniustissimae adversus ipsum criminationis et calumniae orantes. intercedebant pro eis omnes etiam sacri antistites, unaque populus totus: ignosceret ipsis, et maneret in patriarchatu. ille ne extremis quidem auriculis sustinere preces, sed stans clara voce exclusit communione ecclesiae et execratus est sycophantas; urbeque extemplo exivit cum suis rebus omnibus, et in monasterium Cosinitzae se contulit. ubi non pauca sunt quae sumptu suo instauravit et de novo pulchre fecit. mansit in eo loco, cum pace otioque vivens.

Patriarchico solio ita vacuo relicto Symeonem in id reduxerunt, datis pro munere bis mille aureis. noluerat enim regius quaestor uno mille contentus esse, eo quod in rationibus suis duo milia inventaret adscripta Dionysio. haec enim illis consuetudo est, ut minus quam scriptum extet non exigant, sed potius plus.

*Ἐν δὲ τοῖς καιροῖς ἐκείνοις ἐπορεύθη ὁ αὐθέντης διὰ τὴν Περσίᾳ γενομένης μάχης μετὰ τοῦ Οὐζοῦν Χασάνη, ἀπελθὼν μέχρι ποταμοῦ Εὐφράτου καὶ συνάψας πόλεμον μετ' αὐτοῦ. ἐν δὲ τῷ πολέμῳ τούτῳ ἀπεκτάνθη καὶ ὁ χάς Μουράτης, ὁ 5 πρωτοστράτωρ τῆς ἀνατολῆς, ὁ πιορ' αὐτοῖς λεγόμενος μπεγλερ- μπεῖς, δοτις ἡρῷος οὐδὲν Παλαιολόγου τοῦ Γίδον. ὁ Μονχονμούτ- πασιᾶς δὲ ἦν μπεγλερμπεῖς τῆς δύσεως, καὶ οὐκ ἐβοήθησεν αὐτῷ ἐν τῷ πολέμῳ· ἐφθόνει γὰρ αὐτῷ. δοθεν καὶ ὁ αὐ- θέντης ὡργίσθη αὐτῷ, καὶ ἐν τῷ ὑποστρέψαι ἐκ τοῦ φρουρά- 10 τον ὃς ἐν ὅλῳ τῷ ἀπέπνιξεν αὐτὸν ἐν τινι πύργῳ. πολέμου δὲ τότε γενομένου οὐκ ἡδυνήθη οἰηγαι ὁ Οὐζοῦν Χασάνης, ἀλλὰ φυγὼν διεσώθη. ἔλαβον δὲ πολὺ πλῆθος ἐκ τῶν Ἀτζέμιδων, τῶν ὄντων τότε ἐν τῷ τοιούτῳ πολέμῳ συμβοηθῶν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν μεγιστάνων αὐτῶν, οἷς δὴ ἐλθόντες ἐν πόλει κακῶς 15 ἔζων, καὶ πολλοὶ ἀπέθανον. ἄλλοι δὲ ἀγάπης γενομένης ἀπῆλ- θον πάλιν ἐν τῇ αὐτῶν πατρίδι.*

*Πατριαρχεύσας δὲ ὁ κύριος Συμεὼν ἐτη τρία καὶ μικρὸν ὅλίγον, ἐφάνη ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἰερομόναχός τις ὄνόματι Ραφαὴλ, ὅρμωμενος ἐκ Σερβίας, μέθυσος κατὰ πολὺ. ὃς 20 ἔχων φίλους ἐκ τῶν μεγιστάνων ἤναγκασεν ὑπος παρέχῃ ἐτησίως φλωρία διό χιλιάδας, καὶ πεσκέσιον, τουτέστι δῶρον διτε νεωστὶ πατριάρχης γίνεται, φλωρία πεντακόσια. οὗτοι*

*Illis temporibus bello adversus Uzucasanem commisso sultanes in Persiam cum copiis profectus est. progressus tunc ad flumen Euphraten usque praelium commisit; in quo et Chas Murates occubuit, primus Orientis Turcicus praefectus (quem ipsi bellerbeium vocant), Palaeologi Guidonis seu Viti filius. bassa vero Muchumuta erat Occidentis bellerbeius; qui ei non succurrerit in praelio, invidiae morbo impeditus. qua de causa rex huic iratus eum, brevi omnino tempore post quam ab exercitu redisset, suffocavit in quadam turri. cum rurus ad praelium esset ventum, vim Turcarum et impressionem tantam contigit fieri, ut nullus consistendi locus Uzucasani esset, sed fuga salutem sibi parere cogeretur. captus fuit magnus numerus Azemidarum, qui in eo bello auxilium tulerant; capti de proceribus non pauci. captivi in urbem adducti misere vivebant; nec non multi eorum mortui sunt. alii, pace inter utrumque regem facta, in patriam suam reverterunt.*

*Cum triennium patriarchae munere, et aliquanto amplius, functus esset Symeon, extitit ea tempestate hieromonachus quidam nomine Raphael, e Servia genus ducens, homo insigniter ebriosus. hic cum quosdam ex primoribus haberet fautores, se quotannis pollicitus est persoluturum tributi nomine bis mille aureos; daturum item pe-*

δὲ κατεργασάμενος ἔλαβε τὸν Θρόνον κακῶς καὶ ἐπιβατικῶς, καὶ ἐξεβλήθη πάλιν δὲ κύριος Συμεὼν. στάσεως δὲ γενομένης οὐκ ἥθελον συλλειτουργῆσαι αὐτῷ· πλὴν ὑπὸ φόβου τῶν ἔξω καὶ ἄκοντες συνελειτούργησαν αὐτῷ. τίσσον δὲ ἦν δὲ τρισβάρβαρος μέθυσος ὃτι οὔτε ἐν τῇ μεγάλῃ ἐβδομάδι ἥδυνάτο στῆ-  
5 ναι ἐν τῇ ἀκολουθίᾳ τῆς ἐκκλησίας ὑπὸ μέθης μεγάλης. ὅτεν καὶ πάντες ἐμίσουν αὐτόν, καὶ ἔτι δὲ ἦν καὶ ἀλλόγλωσσος. τελειωθέντος δὲ τοῦ χρόνου, καὶ μὴ δυνηθέντος δοῦναι τὸ  
χαράτζιον, οὐδενὸς ὅντος τοῦ βοηθοῦντος αὐτῷ, οὔτε τῶν κλη-  
ρικῶν οὔτε τοῦ λαοῦ, ἐνέβαλον αὐτὸν ἐν τῇ φυλακῇ. καὶ 10  
ἔξερχόμενος αὐτῆς καὶ διερχόμενος, ὡς ἔθος, μετὰ ἀλύσεως  
25 ἐλεημοσύνης ἐνεκα ἐτελεύτησε. κοινῆς δὲ βουλῆς γενομένης καὶ συνόδου συγκροτηθείσης, ἐποίησαν πατριάρχην τὸν μέγαν  
ἐκκλησιάρχην, μετωνυμάσαντες αὐτὸν Μᾶξιμον.

Ἐν δὲ τῷ 53οῃ ἔτει ἐποίησε μάχην μετὰ τῶν Βενετί-  
15 κων, καὶ ἐπορεύθη κατ' αὐτῶν ἀπό τε γῆς καὶ θαλάσσης,  
ἔλαβε δὲ τὴν Εὔριππον. καὶ ἐπεὶ προσκυνῆσαι οὐκ ἥδελη-  
σαν, ἀπέκτεινε πάντας ἄνδρας τοὺς πλέον τῶν ιβ̄ ἐτῶν. ἔλαβε  
δὲ καὶ τὴν Φθελίαν καὶ τὸ Γαρδίκιον. ἀφῆκε δὲ ταῦτα  
ἄποικα, πάντα τὸν λαὸν ἐν Κωνσταντινούπολει κομίσας, ὃν 20

scesium, hoc est munus quod patriarcha novo creato datur, quingen-  
torum aureorum. hac sua malitia et ambitione ad honorem alterius  
grassatus supremum ecclesiae solium concendit, Symone denuo inde  
deiecto. seditione tunc adversus eum orta noluerunt ei sacerdotes in  
sacris una obeundis adesse. attamen diversae religionis hominum  
metu, quamvis inviti, una sacris operati sunt. in tantum autem ins-  
ulsus ille barbarus in ebrietatem erat immersus, ut ne in sanctissi-  
ma quidem paschatis hebdomade, in peragendo ecclesiae munia, pedi-  
bus insistere suis prae temulentia posset. unde omnibus odio erat,  
praesertim cum lingua quoque barbarus esset. anno vero spatio  
exacto, cum tributum dare non posset (nemo enim, nec de clero nec  
de populo, quicquam eo conferebat, ne obolum quidem), coniectus  
fuit in carcerem. inde postea emissus cum passim, catenam de more  
gestans, stipem colligeret, mortuus est. synodo itaque coacta, re  
communi consilio deliberata, factus est patriarcha is qui magni ec-  
clesiarchae personam sustinebat; quem nomine mutato Maximum  
nuncuparunt.

Anno a mundo condito sexies millesimo nongentesimo septuage-  
simo octavo sultanus bellum Venetis fecit, terra marique aggressus.  
expugnavit Chalcidem Euboeae; ubi quicquid masculini sexus duode-  
cimum aetatis annum excedens erat, interfecit propter deditioνem  
recusatam. cepit et Phtheliam atque Gardicion; quas ambo incolis  
vacua fecit, omni eorum populo Constantinopolin tralato; quo etiam

ἐκόμισε καὶ πάσας τὰς γυναικας καὶ τὰ παιδία τὰ τῆς Εὐρίπου. τῷ ἔτει δὲ τούτῳ γέγονε θανατικὸν μέγα καὶ ἔξαισιον, ὅπερ ἐκ πολλῶν χρόνων οὐκ ἤγένετο, διὰ τὸ συναχθῆναι πολλοὺς ἐκ διαφόρων πόλεων, οἵ τινες ἡσαν ἀσυνήθεις τῆς 5 πόλεως.

Μετ' οὐ πολὺ δὲ πορευθεὶς ἔλαβε τὸν Καφάν, τοὺς Θεοδώρους, τὴν Γοτθίαν καὶ πᾶσαν τὴν περίχωρον ἄνευ πολέμου τινός, καὶ ἔφερεν αὐτοὺς συνρυούντας. οὐδ' ὅλως γὰρ ἡσύχασεν ὁ κακὸς ἐχθρὸς οὗτος καὶ ἀφανιστής τοῦ γένους Χριστιανῶν, ἀλλ' ὥσπερ ἀγέλας προβάτων ἔφερε κατ' ἔτος τοὺς δυντυχεῖς Γραικούς, οὓς μὲν πωλῶν, οὓς δὲ καὶ δωρούμενος τοῖς βουλομένοις. τοιαύτη θεοῦ ἀνοχὴ καὶ παραχώρησις ἤγένετο.

Εὔτυχὴς δὲ φαινόμενος πρὸς πολλοὺς καὶ ταῖς τίκαις 15 ἐπαρθεὶς ὁ κατάρατος ἐστράτευσε καὶ κατὰ τοῦ Μπελιγράδη, ὃτε ἡ Σερβία προσεκύνησεν αὐτῷ. πλὴν εἰς τὴν ἐκστρατείαν ταύτην τοῦ Μπελιγράδη ἀπώλεσε πᾶσαν τὴν ἀποσκευὴν τὴν χρειώδη τοῦ πολέμου, ὅπλα ἵππους καμήλους σκηνὰς καὶ ἄλλον πλοῦτον πολύν, ἃ ἀφέντες διά τι αἰφνίδιον ἔφυγον. ὁ 20 δὲ τρόπος τῆς ζημίας αὐτῶν ἤγένετο οὕτως. ὁ στρατηγὸς Ἰαγγος ἀκούσας ὅτι οἱ Ἀγαρηνοὶ παρακάθηνται τὸ φρούριον Μπελιγράδη, παραγενόμενος μετὰ τρισκιλίων ἀνθρώπων κρυ-

cunctas feminas et pueros Chalcidis deportavit. eodem anno maxima pestilentia laboratum est Byzantii, quanta non extiterat multis annis. causa eius fuit multitudo hominum e variis civitatibus illo congregatorum, qui aëri urbis insueti erant.

Haud multo post, expeditione suscepta, Capham cepit, Theodosios et Gotthiam et omnem circa regionem, sine ulla dimicazione. inde colonos in urbem deduxit. nullo modo enim iste teter hostis quiescebat, Christiani generis depopulator: sed ovium iustar infelices Graecos annuatim agebat, alios vendens, alios cuivis volenti donans. ea fuit tolerantia et permisso dei.

Tam secundo fortunae flatu iste execrabilis usus, rerumque gestarum gloria elatus, exercitum quoque adversus Belgradum duxit; quo tempore etiam Servia se illi submisit. verum in hac Belgradica expeditione amisit omnia belli impedimenta, et quae usui essent, arma, equos, camelos, tentoria, alias opes magnas. his enim subito pavore relictis Turcae anfugerunt. quae iactura quomodo acciderit, exponam. dux Ioannes Huniades postquam audivit Belgradum a barbaris obsideri, accessit occulte cum tribus armatorum milibus, oppidumque intravit. ibi domos praesidiis bene armatis firmavit, interdicens ne prius inde exirent quam tubae clangorem audivissent. paruerunt illi diligenter.

φίως εύρεθη ἔνδον, καὶ ἐνέβαιλε τοῖς οἴκοις ὡπλισμένους κα-  
λῶς, παρήγγειλε δὲ αὐτοῖς μὴ ἔξελθεῖν ἵως οὗ ἀκούσωσι τὴν  
φωνὴν τῆς σάλπιγγος· δὲ καὶ ἐποίησαν. ἀναβὰς οὖν αὐτὸς  
ἐπὶ τόπου ὑψηλοῦ ἐθεώρει τί οἱ Ἀγαρηνοὶ κατεργάζονται.  
ἐπειδὴ δὲ ἐθεάσατο τέλος ὅτι ἡφάντους τὰ τείχη μετὰ τῶν 5  
σκευῶν καὶ ἔθεντο κλίμακας καὶ ἀνέβαινον ἀπὸ τὰς χαλά-  
26 στριας, συλλαμβάνοντες τὰ πλήθη αἰχμάλωτα, τότε εὐθέως  
ἔξελθων καὶ κρούσας τὴν σάλπιγγα ὁξῆλθον πάντες, καὶ ἐπι-  
πεσόντες αἴφνης τοῖς Ἀγαρηνοῖς, ὃς εὔρον αὐτοὺς διαμεμε-  
ρισμένους καὶ τοὺς πλείονας ἔνδον τῶν οἴκων, ἐνίκησαν καὶ 10  
εἰς φυγὴν ἔτρεψαν, καὶ οὕτως ἀπέκτειναν πολλούς, ἐκρήμνισαν  
ἀπὸ τῶν τείχων, καὶ παντοιοτρόπως τὴν παντελὴν ἀπώλειαν  
τῶν ἔνδον ἐποίησαν. ταῦτα δὲ ἐνωπισθέντες καὶ θεασάμενοι  
οἱ ἐν ταῖς σκηναῖς τὴν ἀθρόαν μεταβολὴν τὴν ἀπὸ νίκης εἰς  
ῆτταν μεγάλην, ἐγκαταλιπόντες πάντα ἔφυγον, τῶν ὅπισθεν 15  
μὴ φροντίζοντες. καὶ οὕτως οἱ Ούγγροι οἱ μετὰ τοῦ Ιάγγου  
καταδραμόντες αὐτῶν συνέλαβον πάντα, ἀ δὴ καὶ συναδροί-  
σαντες εἰς ἐν καὶ μηδέν τι καταδεξάμενοι λαβεῖν, θέντες πῦρ  
ἐτέφρωσαν ἄπαντα. οὕτως οὖν αἰσχυνθέντες ἀπέφυγον, ἀπο-  
βαλόντες πολλὰ καὶ πολλοὺς ἄνδρας.

Μετὰ δὲ παραδρομὴν ἐτῶν δύο ἐπεμψε τὸν Μεσίκην πα-  
σιν μετὰ δυνάμεως πολλῆς ἀπὸ τε ἤηρᾶς καὶ θαλάσσης κατα-  
τῆς Ῥόδου· οὐδὲ δὴ καὶ ἐκεῖ ἀπελθόντες καὶ ταύτην πολιορ-

ipse, loco editiore consenso, ex alto actiones hostium speculabatur.  
ibi conspicatus tandem moenium partem tormentis ab illis esse disie-  
ctam, scalisque appositis per ruinas ascendi, invadi et capi obvios  
quosque, confestim loco illo egressus tubae cantu excivit omnes. qui,  
eruptione repentina in Agarenos facta, ut reppererunt eos divisos et  
maiorem eorum partem intra domos, manus conseruerunt, fusosque  
in fugam verterunt. magnam eorum caedem fecerunt; de muris  
praeincipites deturbarunt; omnis denique generis perniciem in eos qui  
oppidum iniverant effecerunt. haec ubi audiverunt et viderunt qui  
foris in tentoriis remanserant, aleam scilicet belli mutatam esse, a  
victoria ad cladem insignem recidissem, mox omnibus rebus derelictis  
fugae se mandarunt, nulla ratione a tergo remanentium habita. hoc  
modo Ungari, qui cum Ioanne erant, incursione violenta facta, uni-  
versa praeda potiti sunt. quam in unum acervum congestam, nulla  
re inde sibi reservata, injecto igni in favillam redegerunt cunctam.  
ita turpissima fuga obsidione abscesserunt, magna vi opum, magno  
numero hominum amissis.

Biennio elapso Mesicum bassam sultanus cum valido exercitu,  
terrestri et marino, contra insulam Rhodum misit. quo cum venis-

κήσαντες ἐποίησαν οὐδέν. ἐχάλασαν γὰρ μέρος ἀπὸ τῶν τειχῶν αὐτῆς μετὰ σκευῶν, καὶ ὥρμησε τὸ πλῆθος ἐξέρχεσθαι· οἱ δὲ Ῥόδιοι μηχανησάμενοι καὶ ποιησαντες ἔνδον λάκκους διὰ χωμάτων ἐσκέπασαν. τοὺς δρμῶντας οὐγὶ οὔτως ἡφάντιζον ἀεὶ τοὺς εἰσπίποντας, τῶν χωμάτων ἀποσπασθέντων καὶ καταπεσόντων ἐν τοῖς λάκκοις, ὅπου ἤσαν ζηθῆναι δόρατα καὶ πάντας ὅρμοιον ξύφους ὅρθια ὥσει σκόλοπες ἰστάμεναι καὶ πάττιλοι. καὶ οὕτω διαπεριώμενοι καὶ διακεντούμενοι ἀξίως πολλοὶ ἀθλίως ἀπώλοντο καὶ κατεσφάγησαν. ἀκούσαντες δὲ 10 οἱ ἔξω τί εἰς τοὺς εἰστρέχοντας ἐγένετο καὶ βίᾳ μετὰ ἀλαλαγμοῦ εἰσօρμῶντας, ἔφυγον ὅπισθεν. καὶ οὕτω καὶ ἄλλας μηχανὰς καὶ πολέμους κινήσαντες καὶ οὐδὲν ἴσχύσαντες ἀνεχώρησαν ἐκεῖθεν κενοὶ μετὰ μεγάλης ζημίας καὶ ἀπωλείας.

Πατριαρχεύοντος δὲ κυροῦ Μαξίμου τοῦ λογίου τὰ τῆς 15 ἐκκλησίας ἄπαντα εἰρηνικῶς διέκειντο πανσαμένων τῶν σκανδάλων. ἐποίμαντε δὲ τὸν λαὸν τοῦ Θεοῦ ἐν παιδείᾳ καὶ νοοθεσίᾳ, διδάσκων ἐπ' ἀμβωνος τοῦ πατριαρχείου καὶ ἐν ἄλλαις ἐκκλησίαις τὸν λόγον Θεοῦ ἀκωλύτως παρρησίᾳ, κατὰ τὰ πᾶσαν κυριακὴν λέγων καὶ ἑορτήν. ὑπῆρχε δὲ φιλόσοφος, καὶ πλά-27 20 τος λόγου ἔχων πολὺ, ὃς οὐδεὶς τῶν κατὰ τὸν καιόν έκεῖνον, καὶ τόσον διεφημίσθη ὅτι καὶ ἡ λογιότης αὐτοῦ καὶ ἡ σοφία

sent, urbem obsederunt illam quidem, sed nihil effecerunt. verberato enim tormentis muro et parte prostrata multitudo barbarorum castris egressa irruere illac paravit. Rhodii vero defensionem contra moliti sunt, fossis caecis intra moenia factis iniectaque materia contectis. promptissimum igitur quemque hostium irruentem interemerunt, praecepsitatum. materia illa cedente in tales fossas, in quibus iacula, hastae, et quicquid gladiis simile, tanquam acutissimi valli et stipites, erecta stabant. quibus illi sese induentes iisque transfixi miserimè magno numero perierunt, dignum conatu suo exitium nacti. cumque, qui foris erant, auditu percepissent quid illis intro currentibus et magno ululatu irrumpentibus factum esset, pedem referentes fugae se trepidi commendarunt. alia denique machinati, postquam plures pugnas nequicquam civissent, illinc re infecta discesserunt, magna clade accepta, magno suorum numero amissio.

Summa rerum sacrarum ad virum eruditum Maximum relata, totius ecclesiæ status pacatus cernebatur, omnibus dissidiis e medio sublatis. pascebatur is populum dei erudiendo et ad pietatem animos informando, docens ex suggesto patriarchei templisque aliis verbum dei liberrime, nemine impediente, singulis dominicis et festis diebus concionans. erat disciplinis philosophicis perpolitus, et profluente quadam orationis copia supra quam quisquam alias illis temporibus praeditus. ac tantum percrebuit fama eruditio ipsius et sapientiae, ut ad au-

έφθασε καὶ εἰς τὰ τοῦ σουλτάνου Ἀγαρηνῶν ὡτα, καὶ ἐπεμψε  
καὶ ηξίωσεν αὐτὸν ἵνα ποιήσῃται ἔξηγησιν εἰς τὸ ἄγιον σύμ-  
βολον τῆς πίστεως τῷν Χριστιανῶν καὶ δώσῃ αὐτῷ ταύτην.  
ποιησάμενος δὲν τὴν ἔξηγησιν τού συμβόλου ἀνυποστόλως,  
θεολογικώτατα καὶ σοφώτατα συνθέμενος, ὃς ἐν πολλοῖς φαί- 5  
νεται, δέδωκεν αὐτῷ. καὶ μεταγλωττίσαντες πάντα καλῶς ἐν  
Ἀράβων γλώσσῃ, ἀνέγνω κατὰ ἀκρίβειαν καὶ χροιέντως ἐδέ-  
χετο καὶ εὐλαβῶς, ἀναγκαζόμενος εἰς ταῦτα παρὰ τινων νέων  
ὅντων ἔτι Χριστιανῶν ἔνδον τῆς αὐλῆς τοῦ παλατίου αὐ-  
τοῦ, καὶ μᾶλλον παρὰ τοῦ νίον τοῦ Ἀμυρούντζη, ὃς 10  
ώς ἡν λογιώτατος εἰς τὸ Ἑλληνικόν, οὗτως ἐγένετο καὶ εἰς τὸ  
Ἀραβικόν. ὅστις καὶ ἀξιωθεῖς παρὰ τοῦ σουλτάνου δρισμῷ  
τούτου μετεγλώττισε βιβλία πολλὰ ἐκ τῶν ἡμετέρων καὶ πάντα  
τὰ γραμματεῖα καὶ τοὺς κώδικας τοὺς βασιλικοὺς καὶ ἄλλα  
χρειώδη καὶ πολλὰ περὶ πίστεως. ὁ σουλτάνος γὰρ οὐκ 15  
ἐπανέτο ἐρωτῶν, μαθεῖν ἀεὶ τι καὶ πιστωθῆναι περὶ τῆς  
Χριστιανῶν πίστεως βουλόμενος. ἀλλ' οὐδὲν ἐγένετο· εἰς  
γὰρ ἀσυνέτου καρδίαν θεός οὐκ εἰσελεύσεται.

Μετὰ τῶν ἄλλων οὖν ὃν ἤρωτας καὶ ἐμάνθανεν, ἤκουσε  
καὶ περὶ τοῦ ἀφορίσμου, ὃτι ὁν ἀν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ ἱερεῖς 20  
τῷν Χριστιανῶν ἀφορίσωσιν εὐλόγως, ὃτε τις ἀδικήσῃ ἢ  
πταίσῃ, οὐ διαλύεται ἐν τῇ γῇ, ἀλλὰ μένει τὸ σῶμα αὐτοῦ

res etiam Agareni regis pervenerit. accitum itaque rogavit, scriberet  
explicationem S. symboli fidei Christianae, sibique daret. paruit hic,  
commentario cum omni libertate e sacra theologorum disciplina optime  
sapientissimeque confecto, sicut res ipsa in multis loquitur; atque  
sultano obtulit. quem librum per omnia bene in Arabicam linguam  
conversum ipse diligenter legit, clementer accipiens et reverenter; ad  
id faciendum cum ab aliquot palatii sui aulicis iuvenibus (Christianae  
enim adhuc ibi religionis nonnulli erant) adactus, tum inprimis  
a filio Amerutzae, qui par erat in utriusque linguae facultate, Grae-  
cae et Arabicæ, impulsus. multos hic vir rogatu et iussu regis no-  
strorum librorum in Turcicam transtulit linguam, omnia quidem acta  
et tabulas publicas, codices imperatorios, alia utilia; multa etiam re-  
ligionis nostræ. non cessabat enim sciscitari sultanus, identidem  
aliquid cognoscere et certior fieri de fide Christiana studens. at nihil  
ad salutem profecit: nou enim deus in stolidi corde locum habet.

Inter alia quae interrogans discebat, etiam de anathemate seu  
excommunicatione audivit, videlicet, quicunque a pontificibus et sa-  
cerdotibus Christianis iusta de causa, ob peccatum aut scelus, e sa-  
cro coetu expellatur, hunc talem humatum non dissolvi in terram,  
sed manere corpus eius indissolutum et integrum in terra, conspici-

ἀδιάλυτον καὶ σῶν ἐν γῇ, καὶ φαινονται, διε τις τάφος ἀφωρισμένου ἀνεῳχθῆ, ὡς τύμπανα καὶ μέλανες, ἀποβαλόντες οὐδὲν ἐκ τῶν μελῶν, οὐδὲ αὐτὰς τὰς τρίχας, καὶ διτι, ἐπάν αὐτῷ συγχωρήσωσι δι' εὐχῆς καὶ ἐπικλήσεως θεοῦ, λύεται πά-  
5 λιν καὶ κόνις γίνεται. μετεκαλέσατο ταῦτα ἐνωτισάμενος τὸν πατριαρχῆν, ἵνα τὸ τοιοῦτον πιστώσῃ αὐτῷ. ὃς δὴ ἀπελθὼν καὶ ταῦτα ἀκούσας παρὰ τοῦ σουλτάνου ὑπέσχετο φανερώσειν αὐτῷ, εὐρεθέντος τινὸς προτεθηκότος ἐν ἀφορισμοῦ βάρει. ἐλθόντος οὖν ἐν πατριαρχείῳ τοῦ πατριαρχοῦ, καὶ σκέψεως 10 γινομένης περὶ τινος φθάσαντος τελευτῆσαι ἐν βάρει ἀφορισμοῦ, ἐνενοήθησαν διτι γυνή τις ἀσελγής οὐδσα διεφήμισε καὶ κατὰ πατριαρχοῦ διτι συνεγένετο αὐτῇ, ἣς φήμης διασπαρεῖσης τι-  
νὲς ἐπίστενον. ὃς ταῦτα ἀκούσας ἔξεφωνησεν ἀφορισμὸν ἐν μιᾶ τῶν ἑορτῶν. καὶ δὴ ἐκ πολλοῦ ἀποθανούσης τῆς γυναι- 28  
15 κὸς ταύτης, ὡς ἐλπίζοντος τοῦ πατριαρχοῦ διτι ἐν ἀφορισμῷ μένει οἶα κατήγορος τοιούτου ἀνδρός, ἡνέῳξε τὸ μνῆμα. καὶ (ῳ τῶν Θαυμασίων θεοῦ) εὐρέθη ὡς ἐτέθη, ἔξωκωμένη δὲ μόνον καὶ μέλαινα, μὴ ἀποβαλοῦσα οὐδὲ τὰς ἐν κεφαλῇ τρί-  
χας. καὶ τότε δὴ διεμηνύσατο τῷ σουλτάνῳ, ὃς ἐπεμψεν 20 ιδίους ἀνθρώπους καὶ ἔθεασαντο αὐτήν, οἱ καὶ θεασάμενοι ταύτην ἔξεπλάγησαν καὶ ἔθαύμασαν. καὶ ἔθεντο ἐν κιβωτίῳ καὶ ησφάλισαν αὐτὸ διὰ βούλλας τοῦ βασιλέως. ἔταξαν οὖν

que, sepulcro talis hominis aperto, cadaver instar tympani inflatum et nigrum, nullo membro amissio, ne ipso quidem capillo. rursus si veniam precibus et invocatione numinis divini ei impetrant, dissolutionem cadaveris in cinerem fieri. accivit his auditis patriarcham, ut eius rei sibi ab eo fides fieret. qui veniens, audita sultani postulatione, se planum ei facturum promisit, ut primum aliquis succurreret aliquando anathematis oneri immortatus. reverso in domicilium suum patriarcha, cogitatione et dispicientia, si quis praeteritis temporibus ea mole pressus obiisset, suscepta, patribus in mentem venit mulieris cuiusdam libidinosae, quae de quodam patriarcha, hunc ipsa consueuisse, famam sparserat; cui famae non a nemine fuerat habita fides. is vero, improbitate cognita, anathemati illam quodam die festo subiecerat. quae mulier cum longo ante tempore e vivis excessisset, patriarcha existimans eam, quia tantum virum infamasset, adhuc anathemate constrictam teneri, sepulcrum eius aperiendum curavit. tunc illa (o miraculum dei) in eo statu quo deposita reperta fuit, tumida turgidaque tantum et nigra, nondum etiam crinibus de capite amisis. re ad sultanum allata misit is ad contemplandam illam certos homines. qui contemplati admiratione obstupuerunt. cadavere deinde in arca posito hanc sigillo regio muniverunt; diem dixerunt.

ἡμέραν ἵνα ἐλθωσι πάλιν καὶ ἴδωσιν. ἐλθόντων δὲ ἐποίησεν ὁ πατριάρχης λειτουργίαν καὶ ἀνέγυρε εὐχὴν συγχωρητικήν· ἡς ἀναγινωσκομένης εὐλαβῶς καὶ μετὰ δακρύσσων, ὡς θαύματος θεοῦ, αἱ ἀρμονίαι τῶν χειρῶν καὶ τῶν ποδῶν διελύοντο ὡς καὶ τοὺς παρεστῶτας ἀκούειν τῶν ψέφων. Θέντες δὲ πάλιν τὸ 5 λειψανον καὶ σφραγίσαντες, λυθέντων μόνων τῶν ἀρμονιῶν πάντων, ἐνέβαλον ἐν τῷ παρεκκλησίῳ μετὰ τοῦ κιβωτίου τοῦ ἑσφραγισμένου οὐδὲ εἰχεν αὐτό. μετὰ δὲ παράδομον τριῶν ἡμερῶν ἐλθόντων τῶν ἀνθρώπων τοῦ βασιλέως καὶ ἀνοιξάντων τὰς σφραγίδας, εἶδον τὸ σῶμα διαλυθὲν καὶ κόνιν μό-10 νον εὑρόντες ἔθαυμασσαν. ἀπελθόντες δὲ καὶ τὰ θεαθέντα αναγγείλαντες τῷ συντάκτῳ, ἔθαυμασσε καὶ ἐξεπλάγη εἰπὼν ὅτι θαυμασία καὶ ἀληθῆς ἡ πίστις αὐτῶν τῶν Χριστιανῶν.

<sup>3</sup> Ήν δὲ φαθερὸς ὁ τοιοῦτος συντάκτος οὐ μόνον τοῖς μεγιστᾶις αὐτοῦ ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς ἄλλοις, ὑπάρχων ἀκροσω-15 πόληπτος καὶ ἐνεργῶν ταχέως πᾶν ὃ ηὔπούλετο καὶ κατὰ νοῦν εἰχεν. ἡγάπαι δὲ καὶ τοὺς σοφούς, οὐ μόνον τοὺς ἀπὸ τοῦ γένους αὐτοῦ ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀπὸ παντοίου γένους καὶ μᾶλλον τοὺς ἡμετέρους τῶν Χριστιανῶν. ἐδιοίκει δὲ τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ μετὰ φρονήσεως μεγάλης καὶ ἡνὶ συζητη-20 τῆς πολλῶν, οὐδὲ ὅλως ἀγνοῶν οὐδὲ τῶν μικροτάτων τῶν ὅν τῇ πόλει πραττομένων. ἐμάγνθανε γὰρ πάντα ἄχρι

qua die ad videndum reverterentur. reversis rem divinam patriarcha fecit, recitata et precatioне, qua crimen illius aboleretur. quam ut sancte nec sine lacrimis recitavit, en miraculum: articuli manuum pedumque disiungi, vincula solvi, ita ut ab astantibus etiam ossium crepitus audiretur. reposito cadavere et rursus obsignato, cuius tantum nexus omnes dissoluti fuerant, obsignatam arcam, quae id continebat, in sacello patriarchico deposuerunt. post triduum reversis regiis ministris arcaque resignata et aperta, apparuit corpus illud iam dissoluatum; de quo nihil restans nisi ciuis homines in admirationem adduxit. abeunt ad regem; quae suis oculis viderint renuntiantur. admirari ille, stupescere, religionem Christianorum veram et admirandam confiteri.

Erat porro formidabilis iste sultanus; idque non suis modo proceribus sed omnibus etiam aliis. nulla apud illum ratio personae ullius: celer effector omnium rerum quas volebat et in animo habebat. diligebat quoque viros doctos, eosque non suae tantum gentis sed cuiusvis etiam nationis, in primis ex Christiano genere nostros homines. administrabat regum magna cum prudentia. multa indagare, multa cognoscere; nihil, ne minimorum quidem quae in urbe gererentur, inexploratum relinquere. certe enim omnia, etiam mi-

καὶ τῶν μικρῶν καὶ μὴ μηδονοθῆναι αὐτῷ ἀξίων εἰπεῖν. ἐπειπάτει τὴν νύκτα ἀγροούμενος καὶ μανθάνων πάντα τὰ γινόμενα. οὐκ ἀφῆκε δέ, ὡς ἔλεγον, οὐδὲμιαν ἔργασίαν ἢ πραγματείαν ἀπερισκόπητον, καὶ τί ἔκαστος ἐξ αὐτῆς ἔχει, καὶ 5 τί πᾶς τις ποιεῖ. τοιαύτην ἐπὶ πολὺ ἐποιεῖτο τὴν ἔρευναν ὃς σπουδαιότατα. μαθὼν δὲ καὶ ὅτι οἱ ψύλται τῆς μονοτικῆς τῶν ἐκκλησιαστικῶν τῶν Γραικῶν δύνανται γράφειν τὰς με-<sup>29</sup> λωδίας τῶν Ἀγαρηνῶν, ὡρισται παρεγένοντο ἐνώπιον αὐτοῦ εἰς ψάλτης καὶ εἰς Πέρσης, ὃν εἶχεν αὐτὸς ἐπιστήμονα καὶ 10 καλὴν ἔχοντα φωνὴν. ἦσεν οὖν οὗτος μέλος Περσικόν, καὶ ὁ ψάλτης ἔγραψεν. ὅστερον δὲ ὥρισεν· διαθέντης, καὶ παρόντος τοῦ Πέρσου ἔψαλτε τοῦτο ὁ ψάλτης ὁμοίως, ὥστε καὶ τὸν Πέρσην καὶ τὸν αὐθέντην θαυμάσαι. ἐδωρήσατο οὖν καὶ ἀμφοτέροις δωρεάς, καὶ ἔξεντετο τὴν λεπτότητα τοῦ ψάλτου, 15 καὶ ἀφῆκεν αὐτοὺς ἐν ἀγάπῃ καὶ τιμῇ. λέγεται δὲ ὅτι καὶ ὁ Πέρσης διὰδων ἐνώπιον τοῦ βασιλέως, ἐπεὶ ἤκουος τὸν ψάλτην οὗτον μιμησάμενον φωνὴν ξένην καὶ ἦν ἄλλοτε οὔτε ἤκουσεν οὔτε ἐγίνεσκεν, πεσὼν ἐπροσεκύνησεν αὐτὸν εἰπὼν “μεγάλη ἀληθῶς ἡ ἐπιτειδειότης καὶ σοφία τοῦ ψάλτου.” ηὕησε 20 δὲ καὶ ἐτράνωσε τὰ δρια τῆς βασιλείας αὐτοῦ πολὺ, καὶ ζήσας ἐτη πεντήκοντα ἑπτὰ ἀπέθανε κατὰ τὸ σῆπαί τοις.

18. πεσὼν Α pro πᾶς      21. πεντήκοντα ἑπτὰ add Α

nuta personaeque eius auditu ferme non digna, sciscitabatur. nocturno tempore per vias ignotus oberrabat, ut omnes civium actiones disceperat ferant eum praetermississe nullum opificii aut negotiationis genus, quod non considerarit, et quid ex eo quisque lucri caperet, et quid quisque civis ageret. huiusmodi ille inquisitionem frequenter quam studiosissime faciebat. cumque perceperisset Graecorum ecclesiasticae musicae cantores notis quibusdam posse describere cantilenas Agarenicas, iussit in conspectum suum vocari duos cantores, unum psalten Graecum, alterum, quem habebat, scientia et suavitate canendi praestantem Persam. quo Persicam cantilenam dulciter canente, psaltes eam notulis comprehendit. deinde sultano iubente, Persa auscultante, illam psaltes cecinunt eodem modo, ita ut tum Persa tum sultanus admiraretur. utrumque ergo muneribus affectit, admiratus ut rem novam ingenium subtile psaltae, ambosque cum gratia et honore dimisit. fertur etiam Persa ille, qui ita coram rege cecinerat, postquam audivisset cantionem psaltae ita feliciter alienam vocem imitantis, quam alias nunquam audivisset nec sciret: suminam ei reverentiam exhibuisse, ac dixisse “magna est vere dexteritas et eruditio psaltae.” auxit autem hic rex, et valde longe extendit, imperii sui limites. cumque 57 annos vixisset, perit 6988 anno mundi.

'Εβασιλευσε δὲ ἀντ' αὐτοῦ ὁ νιὸς αὐτοῦ σουλτάνη Μπαγιαζίτης, ὃς εἶχε καὶ ἔτερον ἀδελφὸν τὸν Τζέμη σουλτάνον δόντα ἐν Μαγνησίᾳ. ὁ δὲ βασιλεύσας οὗτος Μπαγιαζίτης, εὑρεθεὶς ἐν Ἀμασείᾳ, ἐπεὶ δὲ πατήρ αὐτοῦ ἐτελεύτησεν ἐν τοῖς χωρίοις Νικομηδείας, πλησίον ὑπάρχεις οὗτος ἀνηγορεύθη βασιλεὺς<sup>5</sup> τῆς πόλεως· οὖν τὸν νιὸν γῆπιον δόντα καὶ ἐν τῇ πόλει εὑρεθέντα ἀνηγόρευσαν πρῶτον αὐθέντην, ἐπεὶ στάσις οὐ μικρὴ ἐγένετο, ὥστε φρονευθῆναι καὶ παριᾶν ἓν καὶ ἄλλους πολλούς· καὶ οὕτως ἐπανσεν ἡ στάσις. μετὰ δὲ ἡμέρας τεινὰς ἡλιθε καὶ ὁ πατήρ αὐτοῦ, καὶ ἐκάθισεν εἰς τὴν βασιλείαν.<sup>10</sup> τοῦτον δὲ τὸν νιὸν αὐτοῦ ἐπεμψεν ἐν Μάγνησίᾳ, δοὺς αὐτῷ καὶ σπῆπτρον καὶ ἀξίαν μεγάλην. ἐδώκεν δομοίως δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις νιοῖς αὐτοῦ, τῷ μὲν Ἀχονμάτῃ τὴν Ἀμάσειαν, τῷ δὲ Σάχ τὴν Καραμανίαν, τῷ δὲ Μαχονμέτῃ τὴν Κασταμόνην, τῷ Σελήμῃ τὴν Τραπεζοῦντα, τῷ Μεχεμέτῃ τὸν Κα-<sup>15</sup> φᾶν, δοτις καὶ μετ' ὀλίγον ἐτελεύτησεν. οὕτω διεμέρισε τοῖς νιοῖς αὐτοῦ τὴν ἀνατολὴν.

"Αμα δὲ τῷ ἡγεμονεῦσαι ἀπέκτεινε τὸν Ἀχονμάτ πασιᾶν, ἄνδρα πολεμικὸν καὶ ἀγαπώμενον παρὰ πάντων, ὃς πολλὰ κατωρθώσε, καὶ μᾶλλον ἐν τῇ Πουλίᾳ ἐν τῷ Ὄροντῷ, καὶ<sup>20</sup> ἦνεγκεν ἐκεῖθεν αἰχμάλωτα πολλὰ καὶ πλοῦτον καὶ ἄλλα. οὐκ 30 οὐδεὶς δὲ τις πᾶς αὐτῷ ἐφθόνησε καὶ αὐτὸν ἀπέκτεινεν.

1482 Secutus est eum in regno filius suus Baiazita; qui habebat fratre nomine Zemam, Magnesiae habitantem. iste vero Baiazita, Amasiae vivens, posteaquam pater eius in agro Nicomediensi mortem obierat, quo propius ab eo loco aberat: eo citius re cognita renuntiatus est rex urbis. antea tamen quam eo venisset, filius eius aetate adhuc infans, in urbe ipsa educatus renuntiatus fuit, cum quidem seditio non parva ob creandum regem coorta fuisset, ita ut res ad manus et pugnam veniret, inter alios multos etiam uno de bassis interfecto. sed pueri renuntiatione finis tumultui factus est. post aliquot dierum intervallum advenit pater ipsius, regnique sedem occupavit, hoc suo filio Maguesiam amandato; cui sceptrum dedit et magnam dignitatem contulit. pari beneficentia liberaliter in caeteros quoque filios suos usus est, Achumatae Amasia concessa, Sacho Cilicia, Machumetae Castamone, Selimae Trapezunte, Mechemetae Capha; qui et paulo post mortuus est. ad hunc modum liberis suis Orientis partes divisit.

Statim autem ab inito imperio Achumatam bassam interermit, vi-  
rum bellica laude clarum et omnibus carum. multa hic fortiter ges-  
serat, cum alibi tum in Apulia, apud Hydruntem, multis inde captivi-  
vis, magna praeda et opibus adductis. nec scitur unde fuerit invi-  
diae odiique origo, causam caedi eius dans.

Εἶτα στρατεύει ἐν Μαγνησίᾳ κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ,  
ὅς τοῦτο ἀκούσας, ὅτι στρατεύει κατ' αὐτοῦ, ἐμβὰς εἰς ἄ-  
ειχε πλοιάρια ἔφυγε καὶ ἀπῆλθεν εἰς Αἴγυπτον, ζητῶν παρὰ  
τοῦ ἐκεῖ σουλτάνου βοήθειαν πρὸς τὸ ἀντιτάξασθαι τῷ ἀδελ-  
φῷ. ἀποτυχών δὲ ἀπελθεῖν εἰς προσκύνησιν εἰς Μέκκαν  
ἡγέλησεν. ὡς δὲ καὶ τοῦτο ἐκάλυσσεν αὐτόν, ἔφυγε πάλιν καὶ  
ἀπῆλθεν εἰς Ρόδον. ὑπεδέξαντο δὲ αὐτὸν οἱ Ρόδιοι μετὰ  
χαρᾶς. ἐν ὕσπειρος δὲ ἦν ἐκεῖ, οὐ διέλειπεν ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, ὃ  
βασιλεὺς φημὶ τῆς πόλεως, πέμπειν δωρεὰς πρὸς τοὺς ἐκεῖ,  
10 ἵνα φυλάττωσιν αὐτὸν ἀσφαλῶς. χρόνων δέ τινων διαδρα-  
μόντων ἀφῆκαν αὐτὸν γνώμην καὶ τοῦ ἀδελφοῦ, καὶ ἀπῆλθεν  
εἰς Γένουσθαν. ἔφοβετο γὰρ ὁ ἀδελφὸς ἵνα μὴ περάσῃ ἐν  
τῇ ἀνατολῇ καὶ ποιήσῃ σκάνδαλον καὶ πόλεμοι γένωνται.  
ἔφοβετο δὲ τὸ πλέον ἐκ τῶν Βαρσακίδων, οἷς οὐ καλῶς διέ-  
15 κειντο αὐτῷ. ἐποιήσαντο οὖν βουλὴν μετά τε τῶν Βαρσακίδων,  
μετὰ τῶν Τουρκατυρλίδων καὶ Καραμανιδῶν, ὥπως ποιήσωσι  
τὸν Τζέμην αὐθέντην ἐν τῇ ἀνατολῇ. ὃ δὴ ἐνωπισάμενος ὃ  
σουλτάνος τῆς πόλεως ἐμήνυσε τοῖς Ροδίοις, καὶ ἐπεμψάν  
αὐτὸν ἐν Ιταλίᾳ. τέλος δὲ ἐκεῖ διερχόμενος κατήντησεν ἐν  
20 Ρώμῃ. ὑπάρχοντος δὲ αὐτοῦ ἐκεῖ, διεμηνύσατο τοῖς Βενετί-  
κοις, ὃς φιλίαν μετ' αὐτῶν, ἵνα φαρμάκῳ διαφθείρωσιν  
αὐτὸν. ὃ δὴ καὶ ἐποίησαν· ἐπεμψάν γὰρ πρὸς αὐτὸν ἄρ-

### 5. ἐν τῷ μεκὲ Σ

Posthac in expeditionem Magnesiam versus contra fratrem pro-  
fectus est; qui hoc audito, nempe in se iri, consensis, quae tunc  
suppetebant, navigolis profugit in Aegyptum, ab huius sultano sup-  
plex opem, qua fratri obviam ire posset, petens. qua spe frustratus,  
Mecham ut religionis ergo peregrinaretur, in animum induxit. sed  
hoc etiam conatu a fratre deiectus, rursus fugam capessens, Rhodum  
petiit, ibique humaniter et cum gratulatione exceptus fuit. quamdiu  
autem ibi commoratus est, sine intermissione frater ejus, rex urbis,  
dona ad primores illius loci misit, petens illum tuto, ne qua effuge-  
ret, custodiri. aliquanto deinde tempore exacto inde emissus est, de  
sententia etiam fratrī; ac se Genuam contulit. metuebat quippe rex  
ne in Orientem transiens turbas excitaret, e quibus bellum civile exi-  
steret. magis autem metu Barscidarum commovebatur, quos animis  
non bene erga se affectos sciebat. initum nempe inter Barscidas  
et Turcatyridas et Caramanidas (sic Cilices hodie appellantur) con-  
silium creandi Zemae in Oriente regis erat. quod cum ad aures sul-  
tani urbis pervenisset, de eo Rhodios certiores fecit, qui hominem  
in Italiam ablegarunt. quo postquam delatus fuit, variis ibi peragra-  
tis locis tandem Romam incidit. ubi cum esset, cum Venetis pacem

χοντά τινα ἐπιτήδειον, ἐπιστάμενον τὴν Ἀράβων γλῶσσαν καλᾶς, ὃς δὴ καὶ φιλίαν ὑποκριθεὶς ἔφαγε καὶ ἐπιει μετ' αὐτοῦ. καὶ οὕτω συνδιάγων ἀφάνη τελευτῆσας ἐπὶ σημείους φαρμακῶν. ἐπειψαν δὲ τὸν νεκρὸν αὐτοῦ ἐν Προύσῃ. ὅστερον δὲ ἐπέμφθησαν δῶρα τοῖς Βενετίκοις, καὶ ἐγένετο καὶ 5 φιλία μεγάλη, πλὴν δυλία καὶ εἰς κακόν. ἐπειψαν δὲ καὶ ἐν πόλει τὸν δολευσάμενον τὴν φαρμακοποσίαν καὶ τὸν θάνατον τοῦ Τζέμη αὐτοῦ, ὃ ἐδωρήσατο ὁ αὐθέντης τῆς πόλεως, ὁ σοντατίνος, πολλά, ἵππους, ἴματια χρυσοῦφαντα καὶ ἄλλα. ἡλθε δὲ ἐπὶ ὄνόματι ἀποχρισιαρίου διὰ τὸ αἰνύποπτον. 15 οὗτος οὖν ἐνδιάγων ἐν τιμῇ καὶ δωρεαῖς βασιλέως, ὥραιος ὡν κάλλει ὑπὲρ πολλούς, εὑρέθη ἐν μιᾳ τῶν ἡμερῶν τεθνηκώς αἴφνης, οὐτε ἀσθενήσας οὐτε τι μυλακισθείς. οἶμαι δὲ ἐπιει ἐξ οὗ ἐκέρασεν, ἐν ᾧ μέτρῳ μετρήσας ἀντιμετρηθεὶς καὶ τὸ ζῆν ἀκμετρήσας.

31 Ἐν δευτέρῳ δὲ ἐτει τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ ἐστράτευσε κατὰ Μολδοβλαχίας, καὶ ἤχμαλώτισε τὸ Κελλήν, τὸ ἀσπρόκαστρον καὶ ἄλλα, λαβὼν πάντας αἰχμαλώτους, ἄνδρας καὶ γυναικας, καὶ κομίσας ἐν πόλει. τὸ δὲ αἴτιον ἦν τῆς τοιαύτης ἀκτρατείας ὅτι ὁ πρώτη Μολδανίας ἀρχῶν ἀποίησε πόλεμον μετά 20

#### 20. πογδανίας C

et amicitiam sultanus habens, missa legatione, ab eis petit ut veneno illum de medio tollerent. quod et ab iis factum est. nam hominem claro loco ortum, eius rei artificem, Turcicæ linguae bene peritum ad illum allegarunt. salutare hic comiter, in amicitiam se insinuare, una cibum capere. hoc convictu ita calente extinctus iacuit miser, haud obscuris veneni signis apparentibus. cadaver inde Prusam missum. insecuto tempore munera Venetias missa, gratiae amplis verbis lactae, benevolentiae et amicitiae significatio illustris. sed latebat anguis in herba. missus et a Venetis in Constantini urbem beneficus ille propinator, mortis ipsi Zemae structor. qui ut venit, multis a sultano muneribus affectus est, equis, aurea veste et id genus aliis. venerat autem nomine et praetextu legati, quod nihil malae suspitionis esset. hoc modo ibi degens in honore et donis regiis, cum pulchritudine corporis praecederet multos, die quodam, en, repertus est repentina mortuus, nulla antegressa corporis infirmitate, aegritudine nulla. biberat scilicet bonus vir ex quo miscuerat, eadem mensura, qua mensus fuerat, recepta, vitaque curriculo emenso.

1484 Altero anno imperii in Moldovalachiam copias sultanus duxit. cepit oppida, Ciliam, Asprocastrum et alia. inde quicquid virorum feminarumque cepit, in urbem traduxit. causa huius expeditionis erat quod superior Moldaviae princeps sultano Mechometae bellum fecerat, in quo victoria potitus magnum Turcarum numerum deleve-

τοῦ συνλτάν Μεχεμέτ καὶ ἐνίκησεν αὐτόν, ὡφανίσας πλήθυς Ἀγαρηῶν. ὅθεν οὗτος ἐπορεύθη κατ' αὐτοῦ, καὶ ταῦτα ἐποίησε τὰ δεινά.

Μετὰ δὲ παραδρομὴν ἐτῶν δέκα στρατεύει κατὰ τῶν 5 Ἀλβανιτῶν. πορευθεὶς δὲ οὐδὲν ἵσχυσε, καὶ λυόμενος ἀπὸ τὸ τοῦ τόπου δύσβατον πετρῷδες καὶ ὁρεούβατον, οὐδὲ ἔχουσι τὴν οἰκησιν· ἐπποι ἀναβαίνειν ἐκεῖ ἀδυνατοῦσιν. οὐδὲν δὲ ἄλλο ἐποίησαν, πλὴν ἀρπάσαντες τοὺς τυχόντας, ἀνδρας τε καὶ γυναῖκας, καὶ πυρπολήσαντες πολλά, ἐν Κωνσταντίνου 10 ἥλθον.

Οἱ δὲ Βενετίκοι ἐχτελέσαντες τὸν ἀδελφοῦ Θάνατον τοῦ συνλτάνου ἦλπιζον εὑρεῖν τιμὴν παρὰ τῶν Ἀγαρηῶν καὶ φιλίαν ἐφ' ὅρῳ ζωῆς, μὴ γινώσκοντες ὅτι ἡ φιλία αὐτῶν ψευδῆς καὶ δολία· ὅθεν καὶ ἐκαθέζεντο ἐν μελείᾳ. οἱ δὲ 15 Ἀγαρηνοὶ μεγούσης τῆς εἰρήνης φύκονόμησαν πλοῖα στόλου πολλὰ καὶ ὕδρησαν καὶ αὐτῶν ἀπὸ τε ἤηρᾶς καὶ θαλάσσης μετὰ τοῦ συνλτάνου ὅμοῦ. ἦν δὴ ἐν τῷ στόλῳ καπετάνιος ὁ Μουσταφα-πασιᾶς, ὃς γέγονεν ὑστερον καὶ βελίρης. ἐχόντων δὲ τῶν Ἀγαρηῶν στόλου πολὺν (ἐπέκεινα τῶν τριακοσίων, 20 ἀνευ τῶν φορτηγῶν πλοίων τῶν μεγάλων καὶ δύο Μαγούνων τοῦ Κιαμάλη καὶ τὴν τοῦ Μπαράκ ἥειζη) εὑρέθη τῶν Βενετίκων καπετάνιος ὁ Λουρδᾶς· καὶ θεασάμενος τὸ πλοῖον τοῦ

rat. hinc causa accēpta Baiazites ab urbe contra eum movit huiusmodique maleficia regioni intulit.

Post transcursum decennii in Albanos profectus est, nulla re me-1492 morabili gesta, officiente locorum iniquitate, saxorum asperitate et altitudine montium, ubi suas illi sedes habent. eo autem ut ascendant equi, fieri non potest. itaque nihil profecerunt, nisi quod viros et feminas forte obviam factos rapuerunt et incendia multa fecerunt. postea Constantinopolin reditum.

Veneti, sublato fratre sultani, honorem sibi sperabant ab Agarenis et amicitiam per omnes dies vitae illius, nescientes amicitias illorum esse fucatas et fraudulentas. hinc segniter ipsi rebus providere. contra Agareni stante pace magnam classem aedificarunt, terrestrique et marino exercitu, ipso una veniente sultano, in eos ierunt. imperator classis erat bassa Mustaphas, qui postea visiri gra-1498 dum assecutus est. eum autem Agarenica classis magna et potens esset (triremium equidem amplius trecentarum, praeter magnas onerarias naves et praeter duas ingentes tormentis omniisque bellico apparatu instructissimas, Machonas appellatas, unam Ciamalae, alteram Baraci Reizae), advenit Venetorum imperator Laurēdanus. hic ubi Baraci navigium conspexit, suspicabatur esse id cui Ciamala præcesset, qui

*Μπαράκ, καὶ ὑποπτευθεὶς ὅτι ἔστι τοῦ Κιαμάλη ὅστις ἐκάκωσε τὴν Ἰταλίαν πολλά, ἀρπάσας καὶ ἀφανίσας Χριστιανοὺς οὐκ ὀλίγους, ὥρμησε κατ' αὐτοῦ μετὰ δύο καραβίων μεγάλων, καὶ ἐγέβαλον αὐτὸν εἰς τὸ μέσον καὶ ὁίψαντες ἀλύσσους ἔδησαν. πολέμου δὲ σφοδροῦ γεγονότος ἐπιπτον ἐξ ἐκατέρων πολλοῖ. 5 Θεασάμενος δὲ ὁ Μπαράκ-ἱεῖζης ὅτι οὐκ ἔστιν ίκανὸς νικῆσαι ἐν τῷ τοιούτῳ πολέμῳ, ἔρριψε πῦρ ἐν μέσῳ τῶν καραβίων, καὶ ἡψαν καὶ τὰ τρία, καὶ οὕτω μὴ δυνηθέντα διαστῆναι ἀπ' ἄλληλων ἀπετεφρώθησαν καὶ τὰ τρία ἐν μέσῳ τοῦ πελάγους. οἱ ἄνθρωποι δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Λουρδᾶς, οἱ μὲν ὑπὸ πο- 10 λέμου οἱ δὲ ὑπὸ πυρός, ἄλλοι δὲ πεσόντες ἐν θαλάσσῃ καὶ 32 ἀποπνιγόμενοι, πάντες διεφθάρησαν. καὶ τοῦτο ἀκούσασα ἡ λοιπὴ ἀρμάδα (δι στόλος) εἰσῆλθεν εἰς τὸν Ναύπακτον· καὶ οὕτω μὴ δυνηθεῖσα ἡ ἀρμάδα τῶν Βενετίκων τι ποιῆσαι διὰ τὸ εἶναι καὶ ἀπὸ τῆς ἤηρᾶς τὸν σουλτάνον, ἔμεινεν ἀπρακτος. 15 ἔλαβε δὲ τὸν Ναύπακτον καὶ τὴν χώραν τὴν ἐκεῖ, τὸν Γαλατᾶν καὶ τὰ λοιπὰ χωρία εἰρηνικῶς προσκυνήσαντα αὐτὸν κατὰ τὸ ξήρητος. εἶτα ἀνῆλθεν ὁ σουλτάνος εἰς Ἀδριανούπολιν μένων ἐκεῖ. ὁ δὲ στόλος ἐποίησε τὸν χειμῶνα ἐν τοῖς μέρεσιν ἐκείνοις καὶ παρέλαβε τὴν Μεθώνην, ὅντος ἐτι ἐκεῖ 20 καὶ τὸν σουλτάνον τούτου. ἐγένετο δὲ ἡ ἄλωσις αὐτῆς κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον. παρακαθημένου τοῦ σουλτάνου καὶ τοῦ στόλου ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας καὶ πολεμούντων, καὶ μὴ δυναμέ-*

*multum damni Italiae intulerat raptis in servitutem et morti datis Christianis haud paucis. confestim ergo irruere in ipsum duobus magnis navigiis; illud in medium amborum redigere, catenas iniicere et religare. fit pugna vehemens; cadunt utrinque multi. videns autem Baracus Reiza se victoriam obtinere non posse, ignem navibus iniicit, quo omnes tres flagrare coeperunt. cumque inter se cohæderent nec in vicem separari possent, omnes medio mari deflagratae in cineres abierunt. epibatae vero atque ipse adeo Lauredanus, quidam ferro, alii flamma, nonnulli saltu in mare et suffocatione, cuncti perierunt. qua re cognita reliqua classis in portum Naupacti inventa est: unde Venetiae classi facultas non fuit quicquam agendi eo quod et in continentis sultanus cum copiis esset. cepit ergo hic Naupactum et adiacentem agrum, Galatam et reliqua oppida, citra pugnam, facta ab his deditione, 7008 anno. post haec gesta sultanus Adrianopolin ascendit ibique mansit. classis autem illis in partibus hiemavit, capta et Methone, cum quidem tunc rursus sultanus adesset. age vero, quomodo capta sit, dicamus. cum, sultano et classe eam obaidentibus ad multos dies et oppugnantibus, expugnatio nulla succederet (adeo munita erat illa urbs), cumque ab obsidione discess-*

1500

νων τι ποιήσαι διὰ τὸ ὄχυρὸν τῆς πόλεως, καὶ μελλόντων παραιτήσασθαι τὸν κατ' αὐτῆς πόλεμον, ἐφάνησαν ἐν μιᾷ τῶν τοιούτων ἡμερῶν κύτερογα Βενετίκων φέροντα διατροφὰς καὶ ὅπλα καὶ ἀνθρώπους βοήθειαν. ὑπεινα θεασάμενοι οἱ ἔνδον 5 Μεθώνης κατήλθοσσαν ἄποντες εἰς τὸν αἰγαϊδὸν ἀσπάσασθαι αὐτὸὺς καὶ ἀποδεχθῆναι· ἦν δὲ πρῶτη πρωΐ. θεασάμενοι δὲ οἱ Ἀγαρηνοὶ τὰ ἐπάριτα τείχη ἀνθρώπων χωρίς, ἐν μέρεσι μὴ οὖσιν ὑψηλοῖς, θέντες κλίμακας καὶ παττάλους σιδηροῦς ἀνέβησαν, καὶ μᾶλλον οἱ γεννίτζαροι, καὶ θέντες σημαίας αὐτῶν 10 ἐβόησαν βοήν, ὡς ἔθος, τῆς νίκης· καὶ οὕτως εἰσῆλθον πολλοὶ καὶ ἡρωαὶ γυναῖκας καὶ παιδία. μαθόντες δὲ οἱ ἐν τοῖς μέρεσι τοῦ αἰγαϊδοῦ καταβάντες τὴν εἰσβολὴν τῶν Ἀγαρηνῶν ἀνῆλθον εἰς τὰ ἄνω μέρη καὶ ἔρριπτον πῦρ κατ' αὐτῶν καὶ ἄλλα ἐποίησαν πολλά. πλὴν ὑπερίσχυσαν οἱ Ἀγαρηνοὶ καὶ ἔλαβον τὴν πόλιν ταύτην. ἔπειτα συνάξαντες πύντας τοὺς ἄνδρας ἀπὸ ιθ' ἐτῶν καὶ ἄνω ἀπεκεφάλισαν.

Ταῦτα δὲ ἀκούσαντες οἱ ἐν τῇ Κορώνῃ καὶ δειλιάσαντες ἔκόντες ἐπεμψαν τὰς κλεῖς τῆς πόλεως αὐτῶν, τὰ δμοια μὴ παθεῖν· καὶ οὕτως ἐποίησαν αὐτοῖς οὐδὲν κακόν, ἐν δὲ μόδον, ὅτι ἐξέβαλον τοῦ φρουρίου καὶ ἀφῆκαν μόνον Ἀγαρηνοὺς φυλάττειν αὐτό. τὰς δὲ ἐναπομεινάσις γυναῖκας καὶ τὰ παι-

### 5. Μοθώνης A hoc loco et supra

suri essent, conspectae sunt quodam eius temporis die naves a Veneta urbe venientes, ferentes commeatum arma militem salutis obcessorum causa. quibus oppidani visis cuncti in littus ad salutandum excipiendumque decurrerunt, idque summo mane. Agareni ex altera parte conspicati superiora moenia propugnatoribus nudata, ipsi, quibus partibus minus altitudinis erat, scalis admotis uncisque ferreis impactis ascenderunt, in primis ianizari. ibi defixis vexillis suis victoriam more suo conclamaverunt. magna iam hinc multitudo ingressa, feminae puerique rapti. tumultu ad illos qui in littus descendederant ex irruptione hostis perlato, continuo ipsi in superiora urbis recurrere, ignem in barbaros iaculari, nihil denique ad defensionem omittente. verum superior res Agarena fuit, urbeque potita est. dehinc, quicquid marium a duodecimo aetatis anno, aut aliquanto superiorius fuit, in unum locum conductum est et capitali supplicio sublatum.

Haec tristissima cum ad cives Coronae allata essent, pavore exterriti sponte sua claves oppidi sui miserunt, simile a se deprecantes exitium. hoc modo conservati sunt, nulla iniuria accepta nisi hac, quod e patria exterminatis soli Agareno generi in custodiam commissum oppidum. mulieres autem et pueri, qui Methonae remanserant,

δια τῶν Μοθωνιαίων διέσπειραν ἐν ἀνατολῇ καὶ δύσει αἰγαλώτα.

Ἐπροσεκύνησε δὲ ἁθελουσίως καὶ ἔτερον φρούριον, ἐν ᾧ ψει λειμενον, λεγόμενον νῦν Βαρῆνος.

Ἐπιτελθόντος δὲ τοῦ συντάνοντος ἐν τῇ Κωνσταντίνου, 5  
33 εἰνήρευεν ἐπὶ ἔτη πολλὰ διὰ τὸ πεσεῖν ἐν ἀσθενείᾳ μεγάλῃ  
τῆς ἀρθρίτιδος· καὶ οὕτω μαλακῶς ἔχων καὶ ἄκων ἐποίησε  
αποιδάς μετὰ πολλῶν.

Πατριαρχεύσας δὲ ὁ κύριος Συμεὼν ἐτῇ ἐξ ἑκοιμήθη.  
είτα συνεχροτήθη σύνοδος ἀπό τε τῶν ἀνατολικῶν καὶ τῶν 10  
δυσικῶν ἀρχιερέων, ἐν οἷς ὁ Ἐφέσου Δανιὴλ, ἀνὴρ λόγιος  
καὶ ὁ Θεσσαλονίκης Νήφων. καὶ ποιήσαντες ψήφους ἐκκλη-  
σιαστικῶς ἀνεβιβάσθη εἰς τὸν θρόνον πατριαρχείου ὁ Θεσσα-  
λονίκης. ὑπάρχων δὲ ἀνὴρ σοφός, εἴπερ τις ἄλλος τῶν κατ'  
ἐκείνοις τοῖς χρόνοις, ἐποίει διδαχὰς ἐπ' ἀμβωνος λογίως καὶ 15  
θαυμασίως. ἦν δὲ τὴν πατρίδα Πελοποννήσιος, πατέρα μὲν  
κτησάμενος Ἀλβανὸν πλούσιον καὶ ἄνδρα πεπαιδευμένον, μη-  
τέρα δὲ Ῥωμαίαν ἐξ εὐγενῶν. ὃς ποδῆσας τὴν τῶν μοναχῶν  
πολιτείαν, ἀφεὶς τοὺς γονεῖς, ἐν δρει τοῦ Ἀδωνος τῷ ἀγίῳ  
λεγομένῳ ἀπῆλθε, καὶ ἡσύχαζεν ἐκεῖ. ὅπου καὶ ἰερεὺς ἐγέ-20  
νετο ἐν μοναστηρίῳ ἐπ' ὀνόματι τιμωμένῳ τοῦ παντοκράτορος.

#### 4. Βαρῆνος τὸ πάλαι Πύλος, πατρὶς τοῦ Νέστορος, τὸ καὶ κορε- φάσιον λεγόμενον

captivorum condicionem subire coacti per Orientem et Occidentem  
dispersi sunt.

His accessit et alias cuiusdam oppidi, in edito loco siti, quod  
hodie Barinus nominatur, ultronea deditio.

Reversus Cpolin sultanus multos annos pacem coluit; nec eam  
sua voluntate, sed quod magnis articulorum doloribus cruciaretur;  
quae debilitas et languor indutias et foedera quamvis invitum facere  
cum multis coegit.

Patriarcha Symeon cum sexennium ecclesiae praefuisse, placido  
somno emigravit. convocatum inde concilium ecclesiasticorum proce-  
rum, tum ex Oriente tum ex Occidente; inter quos tunc conspicui  
erant Ephesi praesul Daniel, eruditione praestans, tum Thessalonicae  
Nipho. suffragii inde ex ecclesiae ritu latis in patriarchicam dignita-  
tem exaltatus fuit Thessalonicensis. cum autem ea doctrina esset  
qua haud temere quisquam ea tempestate alias, erudite pro con-  
cione et admirabiliter docebat. erat e Peloponneso oriundus; patrem  
habuerat ex Albania, virum divitem et literis excultum, matrem autem  
Romani (hoc est Graeci) generis, nobili loco natam, incensus ipse  
a more vitae solitariae, parentibus relictis, in montem Atho (hodie

έπει δὲ Θεσσαλονίκη τὸν ἴδιον ποιμένα ἀπέβαλεν, οἱ Θεσσαλονικεῖς τὴν ἀγαθὴν φήμην ἀκούοντες τοῦ ἀνδρός, μεταπεμψάμενοι καὶ ἀδιώσαντες ποιμένα αὐτὸν ἐκατέστησαν καὶ μὴ θέλοντα. πλὴν ἡκουσες τῶν ἐκεῖ μοναχῶν κινησάντων αὐτὰν  
5 διὰ τὴν πολλῶν σωτηρίαν.

Μετὰ δὲ τὸν θάνατον οὖν εἴπομεν πατριάρχου Συμεὼνος δὲ πλοῦτος αὐτοῦ, ἐπειδὴ ζῶν οὐδέν τι φύκονόμησεν, ἐγένετο αὐθεντικός, γινώσκοντος τοῦ χασινατάρι Ἀγαρηνῶν, τοῦ Τραπεζούντιον Σκεντερμπέΐ τοῦ νιοῦ Ἀμυρούτζη, ὅτι κληρονόμοι  
10 οὐκ εἶχεν. οὐ μόνον δὲ τὰ ἑαυτοῦ ἄλλὰ καὶ πολλὰ τῶν ἀφιερωμένων ἔγενοντο αὐθεντικά. καὶ τούτον ἐνεκα καὶ πολλοὶ τῶν κληρικῶν εἰσῆλθον ἐν φυλακῇ. ταῦτα δὲ θεώμενος δὲ πατριάρχης, ὅπως ἀφιερωμένη ιερά σκεύη, ἀξια ὑπὲρ τριῶν χιλιάδων χρυσίνων ἔλαβον, καὶ τοὺς κληρικοὺς ἐν φυλακῇ  
15 εἶχον, καὶ ἄλλα ζητοῦντες, καὶ βουλόμενος καν ταῦτα ἐλευθερωθῆναι, ἐπλάσασθο ὅτι Βασιλεὺς τις ἔστιν αὐτοῦ ἀνεψιός,  
καὶ οὗτος ἐμαυτυρήθη, εἰ καὶ οὐκ ἀληθῶς. γινώσκοντος δὲ  
τοῦ αὐτοῦ χασινατάρι τὸ ἀληθές, ἡνάγκασε καὶ ἀπέκοψαν μὲν  
τὰς ὕνας τῶν μαρτυρησάντων, αὐτῶν τριῶν ὅντων μοναχῶν,  
20 ὠργίσθη δὲ καὶ ὁ σουλτάνος τὸν οἰκονομήσαντα ταῦτα καὶ

#### 8. χασινατάρι δὲ θησαυροφύλακες τοῦ βασιλέως

sanctus mons vocatur) abiit, ibique rebus sacris vacavit, factus ibi sacerdos in monasterio quod nomini Pantocratoris consecratum est. cum autem Thessalonica pastorem suum amisisset, incolae huius urbis, audita virtute et eruditione viri acciverunt, rogarunt, invito pedum pastorale tradiderunt: invito, inquam, vix a monachis eius loci ob multorum salutem persuaso.

Iam vita perfuncto, uti diximus, patriarcha Symone, quia is vivens nullum fecerat testamentum, opes eius in aerarium regis redigendae erant. regiarum quippe pecuniarum praefecto, Trapezuntio Scederbeio, Amerutzae filio, notum erat neminem illi heredem esse. non ipsius autem tantum bona, sed multa etiam divinis usibus consererata sultano addicebantur. qua de causa multi etiam ex clero in custodiam includebantur. haec mala cum cerneret patriarcha, sacra vasa, quae plus tribus ducatorum milibus valebant, a Turcis auferri, clericos in custodia detineri, alia insuper ab ipsis attentari, indigne tulit, cupiens saltem Symonis bona asserere. commentus itaque est quandam Basiliū illius patruelem; et sic pro testimonio dictum fuit, etsi praeter veritatem. verum cum rem probe nosset idem gazae praefectus, testibus nares praecidendas curavit, qui erant tres monachi. sed et sultanus commenti huius auctori patriarchae ac consultori irasci. electus ergo is est non solio tantum suo sed ipsa etiam urbe. deinde, de sententia quaestoris seu generalis receptoris regni, sedit, ut tributum persolveret. tunc iterum urbe exivit imper.

συμβουλεύσαντα πατριάρχην, καὶ ἐξέβαλον αὐτὸν οὐ μόνον  
 34 τοῦ θρόνου ἀλλὰ καὶ τῆς πόλεως. είτα γνώμη τοῦ Τευτενταίρη  
 τοῦ λογαριαστοῦ τοῦ βασιλέως ἐκάθισε διὰ τὸ δοῦναι τὸ τέλος.  
 είτα ἐξῆλθε πάλιν, προστάξαντος τοῦτο τοῦ σουλτάνου αὐτοῦ  
 καὶ προσειπόντος ἵνα καὶ ἐτερον ἐκλέξωσι καὶ κυρώσῃ αὐτὸν. 5  
 βουλὴν οὖν ἔθεντο ἵνα ποιήσωσι τὸν κύριον Διονύσιον ἐνδια-  
 τρίβοντα τῇ μονῇ τῆς Κοσινίσης. ἀπῆλθον δὲ μετὰ βασιλι-  
 κοῦ ὁρισμοῦ, καὶ ἐλθεῖν ἐποίησαν καὶ μὴ θέλοντα διὰ τὸ  
 βαθὺ γῆρας. ἐξη δὲ ἔτι καὶ ὁ κύριος ὃς ἡγόρασεν αὐτὸν  
 αἰχμαλωτισθέντα, ὡς εἴπομεν, ὃς καὶ ἐν πολλοῖς φόκονόμει τὰ 10  
 ἐκκλησιαστικά. ὁ τοιοῦτος δὲ πατριάρχης ἦν ἀρεταῖς κεκο-  
 σμημένος ἀκτημοσύνη νηστείᾳ προσευχῇ ταπεινότητι ἐλεημο-  
 σύναις καὶ ἄλλοις ἀγαθοῖς. πατριάρχεύσας δὲ ἔτι χρόνους  
 δύο καὶ μῆνας ἐξ παρηγήσατο.

Ο δὲ σουλτάνος Μπαγιαζίτης ἐποίησε μάχην πρόσκαιρον 15  
 μετὰ τῶν Τζιντίδων, καὶ ἐπειψε στρατείαν καὶ πλήθη πολλά,  
 καὶ ἐγένετο συμπλοκὴ πολέμου εἰς τὰ Ἀτανά ἐν τοῖς μέρεσι  
 Καραμανίς. ἦν δὲ πρωτοστράτωρ, ὡς παρ' αὐτοῖς λέγεται  
 μπεγλέρμπεϊ, ὁ ἐπὶ θυγατρὸς γαμβρὸς αὐτοῦ ὁ Χερσεύλης.  
 καὶ πολέμου συγκροτηθέντος συνέλαβον αὐτὸν ζῶντα, καὶ ἥφα- 20  
 νισαν καὶ φοσάτα πολλά, πλήθη ἀνδρῶν ἐμπειρῶν πολέμου καὶ  
 ἀνδρείων. ἐφύλαττον δὲ αὐτὸν ζῶντα, καὶ ἀπέδωκαν, ὅτε  
 ἐποίησαν εἰρήνην.

## 2. Ντεευτενάρη Σ

rio ipsius sultani: qui et alium deligi patriarcham iussit, cuius se  
 designationem ratam habiturum et confirmaturum. consilium igitur  
 Dionysii ceperunt creandi, qui in caenobio Cosinizae commorabatur.  
 abierunt hoc animo, rege sic iubente: accersiverunt Dionysium, et  
 recipere id munus, quantumvis licet excusatione longae senectutis  
 uteretur, coegerunt. etiam herus ipsius, qui olim captum redemerat  
 sicut diximus, adhuc in vivis erat; idemque in multis regebat eccle-  
 sia negotia. erat ille patriarcha multis virtutibus egregie ornatus,  
 paupertate voluntaria, ieuniis, precationibus, humilitate animi, ero-  
 gationibus in egenos, aliisque studiis laudatis. cumque duos annos  
 functioni patriarchatus et menses sex adieciisset, illa sese abdicavit.

Sultanus dein Baiazita bellum aliquandiu cum Zinzidis gessit,  
 misso numeroso et valido exercitu. commissum est praelium apud  
 Atana, in partibus Caramaniae seu Ciliciae, duce genero Baiazitae  
 Cherseogle, qui protostatoris, quem ipsi bellerbeium vocant, "digni-  
 tate eminebat. hic in eo praelio vivus in potestatem hostium venit,  
 multis rei militaris peritissimorum et fortissimorum Turcarum agmi-  
 nibus deletis. quem cum vivum servassent, postea pace composita  
 reddiderunt.

gladius abire sivit, quo minus ei dignum facto praemium daret, sed brevi et celeriter dedit. quodam enim die sedens ille cum quibusdam primoribus alea et tesseris ludebat. tunc extendit manum, ut tesseras prehenderet et iaceret; dumque extendit, continuo moritur, horribilem in modum stridens dentibus. o patientiam dei, se ab irascendo in longius etiam sustinentis. magnus es, domine, et formidandus. quis iustum iram tuam sustinebit? dicit et divinus ille Davides “dens ultionum dominus” et quae sequuntur. et alibi S. literae “vindicem habet deus oculum, qui castigat.”

Nemo autem assidentium collusorum nec aliis tunc ibi versantium quisquam, unde illum letiferum telum venisset, vidit: sed ut repentina exanimatum viderunt, omnes contremuere, magno timore perculti, deumque, ex toto animo invocarunt, custoditos et liberos vellet se a tam horrenda ira esse. interijus quippe eius omnem oculorum ob tutum fugerat, repentina veniens; similique mortis genere, quo Julianus transgressor et apostata quondam, extinctus est. ita, dum sceleratae cupiditati suaे indulget, privatus est tum hoc tum futuro saeculo, sempiterno igni, cum omni nefario inimicorum veritatis et dei grege, adiudicatus.

Ἄκονός οις δὲ ὁ σουλτάνος καὶ ὁ πασιᾶς τὸν ἔξαιρην καὶ φοβερὸν θάνατον τοῦ αὐτοῦ πρωτοβεστιαρίου ἐθυίμισαν εἰς τοῦτο, καὶ ἐγνώρισαν ὅτι ἡτον παιδευσις τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐλυπήθησαν. ὅμως, ὡσαν ὄφισιν ὁ πασιᾶς διὰ ὄφισμοῦ τοῦ 5 σουλτάνου καὶ εὐγῆκεν ὁ πατριάρχης ἐκ τοῦ Θρόνου καὶ ἐδιώχθη τελείως, ἐσυνήχθησαν πολλοὶ ἀπὸ τοὺς ἀρχιερεῖς, καὶ ἡγεμόνησαν μετὰ τῶν κληρικῶν τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, καὶ σύνοδον ἐκάμαν, ποῖον νὰ κάμονται καὶ στήσουν πατριάρχην· ὅθεν ὅμοφώνως ὅλοι ἐψήφισαν πατριάρχην τὸν Εὐλογὸν καράβιν.

### ΜΑΡΚΟΣ ἱερομόναχος ὁ Ξυλοκαράβης.

Τοῦτος ψηφισθεὶς πατριάρχης καὶ λαβὼν τὰ μηνύματα,<sup>124</sup> τὸ μικρὸν καὶ τὸ μέγα, πατριάρχην τὸν ἐχειροτόνησαν, καὶ τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Χριστοῦ ἔλαβε τοῦ ποιμαίνειν αὐτήν. 15 ἦτον δὲ ἡ πατρίδα τον ἀπ' αὐτήν τὴν Κωνσταντινούπολιν, ἀνθρωπος πολλὰ λογιώτατος. ἔκαμε δὲ ὀλίγον καιρὸν εἰς τὸν πατριαρχικὸν Θρόνον· καὶ ἐγεννήθησαν· καὶ ἐβλάστησαν πολλὰ σκάνδαλα ἀπὸ τοὺς κληρικοὺς κατ' αὐτοῦ τοῦ πατριάρχον, ὅτι οὐδένας δὲν τὸν ἀγάπα.

Perlata ad sultanicum et bassam subita et terribili illa protovestiarii morte, admiratio eorum animos invasit; et cognoverunt esse iusto dei iudicio factam ultionem, disciplinae causa, contristatique supt. tunc igitur, postquam ad mandatum bassae, quod is a sultano accepit, e solo suo patriarcha excessisset et plane exterminatus esset, pontifices frequentes convenerunt, in consilioque clericos magnae ecclesiae sibi adhibuerunt. hac synodo collecta de patriarcha idoneo constituendo consultatum est. inde una mente ac voce suffragia omnium in uno Xylocarabe concurrerunt.

### IV. P. MARCUS HIEROMONACHUS, cognomine Xylocarabes.

Suffragatione huius peracta, utraque ei indicatione facta, minore et maiore, patriarcha renuntiatus est ecclesiamque Christi, ob pascendum oves huius, accepit. patria eius ipsa Constantini urbs erat; ipse vir eruditio longe praestantissimus. sed cum ad modicum tempus patriarchicam sedem tenuisset, coorti sunt, multis variisque dissidiis et odiis natis, ecclesiastici homines in ipsum; quorum neminem invenisses ipsi amicum.

Τοῦτοι οἱ ἄνωθεν τέσσαροι πατριάρχαι, ὁ Σχολάριος, ὁ Υσιδώρος, ὁ Ἰωάσφηρ καὶ ὁ Συλοκαράβης, ἔγιναν χωρὶς νὰ δῶσουν τοῦ σουλτάνου κανένα δῶρον· μόνον ἔγιναν, καθὼς καὶ εἰς τὸν καιρὸν τῆς βασιλείας τῶν Ρωμαίων, δποῦ ἐχάριζεν ὁ βασιλεὺς τοῦ πατριάρχου χαρίσματα, καθὼς τὰ ἐγράψαμεν ἄνωθεν κατ' ὄνομα. ἡτον δὲ τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἦνας ἱερομόναχος ὀνόματι Συμεὼν, Τραπεζόντιος, ὁ ὅποιος ἦλθεν ἐδῶ εἰς τὴν Κωνσταντιούπολιν καὶ ἐκποίησεν εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν. ἡτον δὲ χρησιμάτατος καὶ φιλόξενος πολλά. ὃποῦ δὲν ἡτον τινὰς ὅμοιός του εἰς τὴν φιλοξενίαν ἀσάν αὐτὸν. λοιπὸν οἱ Τραπεζόντιοι ἐσυμβουλεύθησαν ὅτι νὰ κάμονται αὐτὸν πατριάρχην καὶ εὐγάλουν τὸν νόμιμον πατριάρχην, αὐτὸν τὸν κύριν Μάγκον. εἶχαν δὲ νίονς μέσα εἰς τὸ σαράγη τοῦ σουλτάνου καὶ ἔξω εἰς τὴν πόρταν αὐτοῦ, εἰς τιμὰς μεγάλας, καὶ εἶχαν παρρησίαν μετ' αὐτούς· καὶ διὰ δύομα αὐτῶν ἐπιάνετον ὁ λόγος τοὺς εἰς τὸν σουλτάνον. ὅμως αὐτοί, οἱ Τραπεζόντιοι, ἐκατεσκεύασαν καὶ ἐκαμαν τοῦτο. ἐδεξιώθησαν τοὺς κληρικούς, καὶ ἐπίασαν αὐτοὺς μὲ μεγάλα δῶρα καὶ κολακεῖας· καὶ ὅμοφώνησαν μετ' αὐτῶν, ἵνα εἰποῦν κατὰ τοῦ πατριάρχου ταύτην τὴν συκοφαντίαν, ὅτι πῶς ἐκαμεν ἀρχὴν κακὴν καὶ νομὴν εἰς τὴν ἐκκλησίαν καὶ ἔβαλε, νὰ δίδει πεσκέσιον εἰς τὴν πόρτα τοῦ σουλτάνου,

Horum quatuor hactenus commemoratorum patriarcharum (qui sunt, Scholarius, Isidorus, Ioasaphus, et Xylocarabes) quisque ita creatus fuit: ut omnino nullum sultano donum afferret: sed libere facti sunt, sicut olim sub imperatoribus Romanis: quo tempore imperator inuera patriarchis dabat: sicut hoc supra diserte scripsimus. fuit illo tempore quidam hiéromonachus, nomine Symeon, patria Trapezuntius, qui veniens huc Cpolin habitavit in magna ecclesia, homo maxime utilis, et tanta hospitalitatis laude conspicuus ut, qui hoc genere cum ipso comparari posset, inveniretur nemo. inde Trapezuntii consilium inire illum creandi patriarcham, vero patriarcha Marco a sede abducto. quod eis eo facto proclivius erat, quod filios habebant in castro sultani et alios extra magnis honoribus auctos; quibuscum patres libere agere poterant, operaque illorum verba eorum ad sultananum perferebantur. tunc ergo Trapezuntii præparationem adhibuerant, hoc quod dicam facientes. prehensarunt ecclesiasticos homines, et magnis donis multisque blanditiis sibi conciliarunt; ac pactum cum eis inierunt de calumniando patriarcha: eum improbi gravaminis in ecclesiam auctorem et introductorem extitisse, de aureis mille pescosii nomine, seu iuitii patriarchatus, fisco sultani inferendis. ideo eum non tantum dignitate summi honoris exnendum esse, verum etiam, sicut veteres haereticos patriarchas, anathemate feriendum et

φλωρία χίλια. καὶ τοῦτος οὐχὶ μόνον νὰ καθηρηθῇ, ἀμὴ καὶ, ὡσὰν τοὺς παλαιοὺς αἰρετικοὺς πατριάρχας, νὰ τὸν ἀναθεματίσουν καὶ νὰ τὸν ἐξορίσουν, διότι τότε οἱ πατριάρχαι κανένα τίποτε δῶρον δὲν ἔδειδαν εἰς τὴν πόρτα τοῦ σουλτάνου· οὗτε αὐτὸς ὁ πατριάρχης ὁ Ξυλοκαψύβης ἔδωκεν, οὗτε οἱ ἄλλοι πατριάρχαι, διοῦ ἔγιναν προτίτερα ἀπ' αὐτοῦ, ἀπὸ τῆς ἐπήρεν ἢ αὐτὸς σουλτάνος ταύτην τὴν Κωνσταντινούπολιν, καθὼς τὸ ἐγράψαμεν. καὶ μετ' αὐτὴν τὴν ἀδικον συκο-125 φαντίαν, διοῦ εἶπαν τοῦ πατριάρχου, ἡθέλησαν νὰ τὸν ἐκα-  
10 θῆρον καὶ νὰ τὸν ἀπεδιώξουν, λέγοντες πᾶς ἔκαμε ταύτην τὴν κακὴν προσθήκην. ὁ δὲ πατριάρχης ἀκούσας τοῦτο, ὅτι αὐτὸς ἔδωκε πεσκέσιον, φλωρία χίλια, εἰς τὴν πόρταν τοῦ σουλτάνου καὶ ἔγινε πατριάρχης, ἡθέλησε νὰ ἀπεθάνῃ, καὶ ὅμνυσεν ὅφους φρικτοὺς καὶ φοβεροὺς εἰς τὸ θεῖον καὶ ἴε-  
15 ρὸν εὐαγγέλιον, καὶ μετὰ ἐπιτραχηλίουν καὶ ὠμοφορίουν, ὅτι τελείως δὲν ἡξεύρη περὶ τούτου, οὐδὲ θέλει φανῆ ποτὲ ὅτι αὐτὸς πεσκέσιον ἔδωκε. ἀλλ' οἱ ἔχθροι αὐτοῦ, οἱ συκοφάνται, καὶ ἄλλοι μετ' αὐτῶν δὲν τοῦ ἐπίστεναν· ἀμὴ τὸ ἐβεβαιώναν, ὅτι γαὶὸν ἀλληδῶς ἔβαλε κακὴν ἀρχὴν εἰς τὴν ἐκκλη-  
20 σίαν καὶ ἔδωκε πεσκέσιον. καὶ διὰ τοῦτο νὰ τὸν εὐγάλομεν ἀπὸ τὸν πατριαρχικὸν θρόνον, ὅτι ἔναι ἄξιος καθαιρέσεως καὶ διωγμοῦ, καὶ ἔτζα ἔμαζόχθησαν οἱ Τραπεζόντιοι ἄρχοντες καὶ μερικοὶ ἄλλοι ἄρχοντες πολῖται, καὶ ἐσύναξαν φλωρία

exilio multandum, eo quod ad id usque tempus nemo patriarcha ullum donum aut pensionem in sultani aulam tulisset. verum quemadmodum superiorum patriarcharum, qui a capta per sultanum urbe sederant, nullus ullam pecuniam dederat, sicut supra diximus, ita profecto nec hic Xylocabares. facta nihilominus ista iniusta contra patriarcham accusatione et sycophantia adorti sunt ipsum loco movere et exterminare, instantes ab eo factam illam improbam oneris impositionem. patriarcha audita tam atroci calunnia, se pescesium dedisse in fiscum regium, mille ducatos, et hoc modo summam dignitatem adeptum fuisse, vitam sibi esse acerbam putare; iusurandum sanctissimum per sacrum divini evangelii librum iurare, idque sacram colli et humororum vestem gerens, se huius rei nullo modo conscient esse, nec demonstratum iri unquam a se pescesium datum. verum inimicis eius, calumniatoribus illis et factioni eorum, res non persuasa: sed ab eo malum initium in ecclesiam introductum et pescesium datum esse pervicerunt. ideo educamus, inquit, eum de patriarchico solio, quia deturbatu et exterminatu dignus. ita convenirent Trapezuntii proceres et nonnulli alii ampli civitatis homines, aureosque mille corrogatos sultano miserunt, cum his verbis "quia

χῆλια, καὶ ἔστειλαν αὐτὰ τοῦ σουλτάνου, λέγοντες ὅτι ὁ πατριάρχης ἔταξε τῆς βασιλείας σον φλωρία χῆλια· τὰ ὅποια τὰ δίδωμεν καὶ ἡμεῖς, ἵνα κάμωμεν πατριάρχην τὸν ὀδικόν μας καλόγηρον, διότι ὅλος ὁ λαὸς καὶ οἱ κληρικοὶ δὲν θέλουν αὐτὸν τὸν πατριάρχην, κύριν Μάρκον. ὡς δὲ ἥκουσε τοὺς λόγους τούτους ὁ σουλτάνος, ἐγέλασε, καὶ ἔστημάτισε πολλὴν ὥραν, συλλογιζόμενος τὸν φθόνον καὶ τὴν ἀγνοσίαν τῶν Ρωμαίων, καὶ ὅτι κατὰ θεόν δὲν ἐπερπάτουν. τότε ἀπεκρίθη καὶ εἶπεν ὅτι ἀλήθως ἔταξε ταῦτα τὰ χῆλια φλωρία ὁ πατριάρχης. καὶ τοῦτο εἶπεν ὁ σουλτάνος διὰ νὰ κάμη νομῇ<sup>10</sup> καὶ ἀρχή, νὰ δίδουν οἱ πατριάρχαι, ὅποι θέλουν γίνεσθαι, πεσκέσιον τῆς βασιλείας αὐτοῦ. ἀμή ἔλεινὸς πατριάρχης, κύρις Μάρκος, τοιοῦτον πρᾶγμα οὐδὲ εἶπε οὐδὲ ἔταξε· μόνον, ὡς εἴπαμεν, ὅτι τὸν ἐσυκοφάντησαν διὰ νὰ τὸν εὐγάλουν ἀπὸ τὸν Θρόνον. δμως ὁ σουλτάνος, ὡς ἔλαβε τὰ χῆλια φλω-<sup>15</sup>ρία, εἶπε “ἐπειδὴ ὁ κόσμος δὲν τὸν ἔθέλει, εὐγάλετε αὐτὸν, καὶ κάμετε ἔκεῖνον δοῦν θέλετε.” καὶ ἐν τῷ ἂμα εὐγάλουν αὐτὸν τὸν πατριάρχην, κύριν Μάρκον, στανικῶς καὶ ἀδίκως ἀπὸ τοῦ πατριάρχικου Θρόνου, καὶ τὸν ἀπεδίωξαν.

### ΣΤΜΕΩΝ ἱερομόναχος, ὁ Τραπεζούντιος.

20

Μετὰ τὰν διωγμὸν τοῦ αὐτοῦ κυροῦ Μάρκου ἔκραξαν

patriarcha maiestati tuae unum ducatorum mille promisit; ecce damus id et nos, ut patriarcham faciamus nostrum monachum, quia cunctus populus et una clericorum chorus non ferunt patriarcham Marcum." rex ut eam orationem audivit, risit equidem, et diu haesit cogitabundus, reputans cum animo suo quanta vis esset invidiae, quanta stultitia Romanorum, et quam parum in via dei ambularent. tum respondens dixit "ita certe est: pollicitus fuit hos mille ducatos patriarcha." hoc sultanus eo consilio respondit, ut legem novam sanctiens initium induceret: quicunque fieret patriarcha, principium felicius a munere maiestati ipsius dando duceret. at miserandus patriarcha Marcus tale nibil neque dixerat neque promiserat. sola (pia scilicet) calumnia, uti diximus, hoc educendi ipsius e solio causa commenta fuerat. tunc sultanus, ut aurum illud accepit, dixit "quoniam igitur iste cuncto populo invitus est, sane deliciete eum, et create illum quem vultis." confessim itaque Marco patriarchatum abrogarunt invito, per detestandam iniustitiam, eumque inde expulerunt.

### V. P. SYMEON HIEROMONACHUS, Trapezuntius.

Expulso Marco et concilio advocate, antistites sacrorum suffraga-

ἀρχιερεῖς καὶ ἔκαμαν τοὺς ψήφους τοῦ αὐτοῦ κυροῦ Συμεὼν τοῦ Τραπεζούντιον, καὶ μετὰ τοὺς ψήφους ἔδωκαν τὰ δύο μηρύματα, τὸ μικρὸν καὶ τὸ μέγα, καὶ τὴν χειροτονίαν ἔκαμαν, χειροτονηθεῖς παρὰ τοῦ Ἡρακλείους, καὶ εἰς τὸν ὑψη-  
 5 λόγατον πατριαρχικὸν θρόνον τὸν ἀνέβασαν. τὸν δὲ πρώην πατριαρχῆν, κύριν Μάρκον, τὸν ἀναθεμάτιζαν οἱ κληρικοὶ καὶ πολλοὶ ἐκ τοῦ λαοῦ, καὶ ἔργυκταν πέτραις ἀπὸ τῆς στράταις καὶ ἀπὸ τοὺς φόρους, καὶ ἔκαμναν κονμούλια μὲταῖς πέτραις,  
 10 ἀναθεματίζοντες αὐτὸν ὡς ὅτι ἔβαλε κακὴν νομῆν εἰς τὴν ἐκκλη-  
 σίαν. καὶ αὐτός, ὡς εἴπαμεν, εἰδῆσιν καμίαν δὲν ἤξενρε. λοι-  
 πὸν δὲν εἶχε τί νὰ κύμη ὁ ἐλεεινός· μόνον ἔκαθεστον, καὶ ἐκαρτέρει πότε νὰ γένει σύνοδος, νὰ κριθῇ ἡ μεγάλη ἀδικία  
 15 δηοῦ ἔγινεν εἰς αὐτόν. καὶ δὲν ἔπαυσε νὰ μηδὲν γράψει εἰς τοὺς ἀρχιερεῖς περὶ τῆς ὑποθέσεως καὶ συκοφαντίας αὐτοῦ.  
 20 Περάσαντα δὴ μερικὸς καιρὸς ἐσυγάχθησαν πολλοὶ ἀρχιε-  
 ρεῖς, μητροπολῖται καὶ ἐπίσκοποι, καὶ ἔγινε σύνοδος μεγάλη  
 διὰ νὰ ἔξεταξον τινὰς ὑποθέσεις ἐκκλησιαστικάς. ἐκεῖ οὖν ἐνε-  
 φανίσθη ὁ αὐτὸς πρώην πατριαρχῆς, κύρις Μάρκος, βοῶντα  
 25 διὰ ἀδίκως καὶ παραλόγως τὸν εὐγαλαν ἀπὸ τοῦ πατριαρχι-  
 κοῦ θρόνου· καὶ ἔγένετο μεγάλη σύγχυσις καὶ σκάνδαλα περὶ τούτου. ἐκεῖ δὲ ἐν τῇ συνόδῳ τῷ ἀρχιερέων ἡτον ἔνας ἀπ’ αὐτοὺς καὶ ὁ Φιλιππονόπλεως, κύρις Διονύσιος· ὃ δοῦλος

tionem de predicto Trapezuntio Symeone inierunt. qua finita utramque ei significationem fecerunt, minorem et maiorem. inde ad declarationem eius progressi sunt, renuntiante ipsum Heracleensi metropolita, et in sublimi patriarchico suggesto collocarunt. antecessorem vero eius Marcus detestati sunt non ipsi modo clerici, sed etiam de plebe multi; eunique lapidibus incesserunt tum in viis tum in quovis foro; cumulisque saxonum in titulum congestis anathemate destabilere fecerunt tanquam pessimi in ecclesiam introducti moris auctorem, cum tamen, quemadmodum dictum, totius ipse rei ignarus esset. nihil ergo ab eo tempore miser agere habebat, sed patienter sedens expectabat, si quando synodus cogeretur, in qua causae suae, summa iniuria affecti, cognitio et diadicatio fieret. nec requiem sibi dabat quin ad pontifices de calumnia, qua oppressus fuerat, scriberet.

Post aliquod itaque intervallum temporis, convenientibus multis principibus sacerdotum, metropolitis et episcopis, facta est synodus frequens ob quasdam ecclesiasticas controversias et res examinandas ac discutiendas. ibi apparuit et prior patriarcha Marcus, se inique et praeter rationem patriarchico throno deiectum clamitans. unde magna perturbatio et odiosae contentiones extiterunt. aderat tum in

είλη μεγάλην καὶ πολλὴν φιλίαν πνευματικὴν μετὰ τῆς κυρίας Μάρος, τῆς μητριαῖς τοῦ αὐτοῦ σουλτάνου· καὶ ἐτίμα καὶ ἀγάπα αὐτὸν, τὸν κύριν Διονύσιον, ὃς πνευματικὸν πατέραν αὐτῆς. ἔμαθε δὲ τὰ σκάνδαλα τῶν πατριαρχῶν αὐτὴ ἡ κυρία Μάρω, καὶ ἐδιελογίσθη εἰς τὸν ἑαυτόν της, καὶ εἶπεν 5 διτι γὰρ κάμω πατριαρχήν αὐτόν, τὸν κύριν Διονύσιον, γὰρ λείψουν καὶ οἱ δύο, καὶ μετὰ τοῦτο θέλουν παύσουν τὰ σκάνδαλα, διότι ὅλος ὁ λαὸς τῆς Κωνσταντινουπόλεως, ἵερες τε καὶ κοσμικός, ἔχωρίσθησαν εἰς δύο, καὶ τὸ ἓνα μέρος ἐξήγουν τὸν αὐτὸν κύριν Διονύσιον καὶ τὸ ἄλλο τὸν αὐτὸν κύριν Συ- 10 μέσων· καὶ ἡτον σύγχυσις μεγάλη καὶ ταραχὴ καὶ εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν καὶ εἰς τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ εἰς τοὺς κληρικούς. ἡ δὲ κυρία Μάρω, ὡς ἡθέλησε γὰρ κάμη τὸν αὐτὸν κύριν Διονύσιον, ἐτελείωσε καὶ τὸ ἔργον. καὶ ἐβαλε μέσα εἰς ἕνα ταφὶν ἀργυρὸν φλωρία χιλιάδας δύο, καὶ τὰ ἐπῆρε, καὶ 15 ὑπῆργε καὶ ἐπροσκύνησε τὸν αὐτὸν σουλτάνον, βιστόντα καὶ αὐτέα. καὶ ὡς τὴν ἴδεν ὁ σουλτάνος, τὴν ἐρώτησεν διτι τι εἶναι ταῦτα τὰ φλωρία μὲ τὸ ἀρχυρδὸν ταφών, ὡς μητέρα; αὐτὴ δὲ ἀπεκρίθη καὶ εἶπεν διτι ἔχω ἔναν καλόγηρον ἐδικόν μου, καὶ παρακαλῶ τὴν βασιλείαν σου γὰρ τὸν ἀκάμω πα- 20 τριαρχήν. ἐπῆρε γὰρ ὁ σουλτάνος τὰ φλωρία, καὶ ἡνίαρι- 127 στησε πολλὰ τῆς μητριαῖς του, ὃποῦ τοῦ ἔκαμε ταύτην τὴν αὔξησιν. τότε τῆς λέγει “κάμε, μητέρα μου, ἐκείνω ὃποῦ

concilio Dionysius quoque, Philippopoleos antistes, cui magna gratia et spiritalis familiaritas cum domina Maria, ipsius sultani noverca, intercedebat; quae honore et caritate ipsum ut suum spiritalem patrem prosequebatur. ea cum de patriarcharum contentione et pugna rescivisset, coepit intra se cogitare et dicere “age, ad patriarchicum fastigium producam patrem Dionysium, ut utroque contendentium eliso finis deinceps rixarum et offendiculorum fiat.” universus enim Copolitanus populus, qua sacerdotes qua politici homines, in duas contrarias factiones abierant, una parte Marcum reposcente, altera Symeonem flagitante. ita confusio perturbatioque ingens tum in magnam ecclesiam tum in principes sacerdotes tum in clericos inciderat. interim regina Maria, quod animo conceperat de Dionysio faciendo, id etiam in opus perduxit. duo namque ducatorum milia in lance argenteam coniecit; cum his ad sultanicum accessit, eum adoravit, aurum manibus portans. quam ut ille vidit, interrogavit eam “quid sibi, mea mater, istud auri cum argentea lance vult?” respondit haec “habeo quandam monachum mihi proprium, quem, quaeso, mibi per maiestatem tuam liceat facere patriarcham.” accepit sultanus aurum; magnas gratias novercae suaeg egit, quae tantam ipsi accessionem fecerat. tunc ei dicit

θέλεις." καὶ ἀποστείλας δρισμὸν ὁ σουλτάνος, εὐγαλαν τὸν κύριν Συμεὼν ἐκ τοῦ θρόνου καὶ ἐκ τῆς πατριαρχικῆς τιμῆς καὶ ἀξίας.

### ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ μητροπολίτης Φιλιππούπολεως.

5 Ὡς οὖν ἀπεδιώγηδε ὁ αὐτὸς κύρις Συμεὼν, ἐψήφισαν πατριάρχην τὸν αὐτὸν κύριν Διονύσιον, καὶ ἔδωκαν αὐτοῦ τὸ μικρὸν μῆνυμα, καὶ τὸ μέγα μετὰ τὸν ἑσπερινόν. ἐκάθισαν αὐτὸν ἐν τῷ ὑψηλοτάτῳ πατριαρχικῷ μεγάλῳ θρόνῳ. καὶ δὲν είχε πλέον τίνα κάμη ὁ αὐτὸς κύρις Συμεὼν, ἐπειδὴ 10 καὶ ὁ σουλτάνος ὅρισεν τοῦτο. γέγονε δὲ ἡ παροιμία δῆλη "τῶν δύο δερνόντων ὁ τρίτος πρῶτος," ἥγονυ, κατὰ τὸν κοινὸν λόγον, ὅταν δέργονται οἱ δύο καὶ ἀποκάμουν καὶ ἀποσταθοῦν ἀπὸ τὸν δαρμόν, ὅταν ἐλθῇ ἄλλος τρίτος ἀπάνω εἰς αὐτούς, γίνεται πρῶτος, ἔσοντας ὅπου τοὺς εὑρίσκει καὶ τους 15 δύο ἀποκαμομένους ἀπὸ τὸν δαρμόν, καὶ δὲν δύνονται νὰ πολεμήσουν μετ' αὐτοῦ. ἔτζη ἔγινε καὶ εἰς τοὺς ἄνωθεν πατριάρχας· καὶ ὁ μὲν κύρις Συμεὼν ἀνεγώρησε καὶ ὑπῆγεν εἰς τὴν μονὴν τοῦ Στενημάχου, ὁ δὲ κύρις Μάρκος ἐλιθε τὸν θρόνον τῆς ἀρχιεπισκοπῆς Ἀχριδῶν παρὰ τῆς συνόδου, 20 καὶ ἀρχιεράτευσεν ἐκεῖ ὀλίγον, καὶ ἀπέθανε.

"Ο δὲ κύρις Διονύσιος αὐτός, ὁ πατριάρχης, ἐκαμε χρό-

"*fac, mea mater, istud quod vis.*" cumqne mandatum sultanus misisset, abductus est e throno Symeon, patriarchico honore et dignitate spoliatus.

### VI. P. DIONYSIUS metropolita Philippopoleos.

Exacto ad hunc modum Symone, patriarcham suffragiis crearunt proceres sacri Dionysium, primo minus ei dantes indicium, dein etiam maius post vespertinum cantum. tum in excelsissima magni patriarchici throni luce collocarunt. nec poterat rem impedire Symeon aut quicquam contra facere, quia tota sultani mandato gesta est. in hoc veritas proverbii comprobata fuit: "aliquo pari certante vincit tertius." cuius sententia est: duobus inter se contendentibus et defatigatione a certando desistentibus, si quis superveniat tertius, eum fieri primum, propterea quod illos inveniat illa decertatione defessos et iam ad resistendum invalidos. hoc equidem praedictis accidit patriarchis. quocirca Symeon discessit, Steninachi coenobium ingrediens, Marcus autem apud Achrideenses archiepiscopi sedem a synodi patribus accepit; cui muneri cum ad breve tempus praefuisse, diem suum obiit.

Enimvero Dionysius, illorum successor, octo annos patriarcham

νους ὁκτὼ πατριάρχης· ἡτον δὲ ἡ πατρίδα αὐτοῦ ἀπὸ τὴν Πελοπόννησον ἥγον ἀπὸ τὸν Μοραίαν, καὶ ἡλθεν ἐδῶ εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν μικρὸν παιδί, καὶ ἡτον εἰς τὴν μονὴν τῶν Μαγγάνων, καὶ ἔγινεν ὑποτακτικὸς κυροῦ Μάρκου τοῦ Εὐγενικοῦ, λέγω τοῦ Ἐφέσου. καὶ αὐτὸς τὸν ἀνάθρεψε, καὶ 5 τὸν ἔμαθε καὶ τὰ ἱερὰ γράμματα, καὶ τὸν ἐδίδαξε καὶ τὴν μοναστικὴν πολιτείαν τῆς καλογερικῆς, καὶ τὸν ἐχειροτόνησε διάκονον καὶ ἰερέαν· καὶ ἡτον μετ' αὐτοῦ ἦως ὅλης τῆς ζωῆς αὐτοῦ, τοῦ γέροντος, αὐτοῦ τοῦ Ἐφέσου. καὶ ὅταν ἐπολέμησε ταύτην τὴν Κωνσταντινούπολιν δὲ αὐτὸς σουλτάνος διοῦ 10 τὴν ἐπῆρε, εὑρέθη τότε καὶ δὲ αὐτὸς κύρις Διονύσιος ἐδῶ, καὶ ἐπῆραν αὐτὸν αἰχμάλωτον μετὰ καὶ ἄλλων πολλῶν Χριστιανῶν, ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν καὶ παιδίων. ἀγόρασε δὲ αὐτόν, τὸν κύριν Διονύσιον, εἰς τὴν Ἀδριανούπολιν ἔνας ἄρχων ὄνόματι Κυρίτζης, καὶ τὸν ἐλευθέρωσε. καὶ ἀπὸ τὴν 15 κατὴν ἀρετὴν διοῦ εἶχεν δὲ αὐτὸς κύρις Διονύσιος, ἔγινε μητροπολίτης Φιλιππουπόλεως, χειροτονηθεὶς παρὰ τοῦ πατριάρχου 128 Σχολαρίου. εἶτα καὶ πατριάρχης ἐγένετο. καὶ ὡσὰν ἡτον εἰς τὸν πατριαρχικὸν θρόνον, δὲ ἐκθρός καὶ πολέμιος τῶν Χριστιανῶν, λέγω δὲ διάβολος, ἐφθόνησε τὴν εἰρήνην καὶ τὴν 20 κατάστασιν διοῦ εἶχεν ἡ ἐκκλησία τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἐβαλε καὶ ἐσπειρε ζιζάνια καὶ σκάνδαλα εἰς τοὺς κληρικούς, καὶ ἐσυκοφάντον τὸν αὐτὸν πατριάρχην διτε ἔναι περιτεμημένος

egit. erat patria eius in Peloponneso, quae nunc Moraea dicitur; aetateque puerulus huc Cpolin venerat et in Manganorum monasterio vixerat. ibi Marco Eugenico Ephesi metropolitae se subdiderat ministerum; qui ei victum praebens in sacris etiam literis instituerat et ad severam monasticae vitae gravitatem informaverat diaconumque et presbyterum ordinaverat. perseveraverat itaque cum hoc Ephesio sene ad omnes dies vitae eius. obsessa deinde a sultano urbe fuit intus etiam Dionysius hic; et expugnata captus est cum aliis multis Christianis, viris feminis et pueris. abductum autem Adrianopolin emit vir quidam primarius nomine Cyritza, et in libertatem vindicavit. ea deinde virtute Dionysius enituit ut metropolita Philippopolos factus sit, a patriarcha Scholario declaratus. tandem illustrem quoque patriarchae gradum consecutus est. postquam hoc modo patriarchicum obtinuit thronum, cum nihil tam prodesset ecclesiae Christi quam pax et tranquillus rerum status, ecce inimicus humani generis et irreconcilabilis hostis Christianorum eam felicitatem, quam tunc ecclesia habebat, ei invidit, immittens et disseminans infelix lolium et offendit plena odia in clericorum animos, ut improbissimum de patriarcha calumniam spargere non dubitarent, ipsum fuisse

ἀπὸ τοὺς Τούρκους καὶ τὸν ἔκοψαν, δταν τὸν ἐπῆραν σκλά-  
βον ἐδῶ εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν. ἐσυνήχθη δὲ περὶ τῆς  
τοιαύτης κατηγορίας σύνοδος μεγάλη ἀρχιερέων, μητροπολιτῶν  
ἀρχιεπισκόπων καὶ ἐπισκόπων. καὶ καθίσαντες ἐν τῷ ἴερῳ  
5 κριτηρίῳ, μετὰ καὶ τῶν τιμιωτάτων κληρικῶν τῆς μεγάλης  
ἐκκλησίας συνηγμένων καὶ τῶν εὐγενεστάτων ἀρχόντων καὶ  
παντὸς τοῦ πλήθους τοῦ κοινοῦ λαοῦ· καὶ ὡς ἐκάθισεν ἡ  
ἱερὰ σύνοδος, ἥλθαν ἔμπροσθεν οἱ ἑλεγχοι αὐτοῦ τοῦ πα-  
τριάρχου, οἱ ὄποιοι ἦσαν τινὲς ἐκ τῶν τοῦ κλήρου, καὶ ἑλε-  
10 γαν καὶ ἐβόουν ὅτι ναὶ ἀληθῶς περιτεμημένος ἔναι απὸ  
τοὺς Τούρκους. ὁ δὲ πατριάρχης ὅμνυε μετὰ φρικτῶν ὅρ-  
κων ὅτι τὰ ὅσα λέγοντο δὲν εἶναι ἀληθινά· μόνον ἀδικία  
καὶ συκοφαντία ἔναι. ἀμὴν αὐτοὶ δὲν ἔστεργαν τοὺς ὄρκους  
αὐτοῦ· μόνον περισσοτέρως ἐβόουν ὅτι περιτεμημένος ἔναι.  
15 ἀκούοντα δὲ ἡ σύνοδος ταῦτα ἐθαύμαζε, καὶ τινὲς μὲν ἐπί-  
στευαν τοῦτο καὶ τινὲς δὲν τὸ ἐπίστευαν. ὁ δὲ πατριάρχης  
ἐβλέποντα τοὺς ἑλέγχοντος καὶ ἐχθροὺς αὐτοῦ, ὅτι θέλοντο νὰ  
τὸν κατακυριεύσουν μὲ τὰ ψέματα, δὲν εἶχε τίνα κάμη διὰ  
νὰ φανῇ ἡ ἀληθεια καὶ πῶς αὐτοὶ λέγοντο ψέματα. ἐξ ἀνάγ-  
20 κης καὶ νόμου μετάθεσις γίνεται. καὶ ἐτίη ἐσηκώθη καὶ ἐστα-  
μάτισεν ὁρθὸς μέσα εἰς τὴν μέσιν τοῦ πλήθους τοῦ λαοῦ, καὶ  
ἐσήκωσε ταῖς ἄκραις τῶν ἁυχῶν αὐτοῦ ὄποι ἐφόριε, καὶ ἐδειξε

circumcisum a Turcis, idque illo tempore quo Cpoli captivum in ser-  
vitutem abduxissent. convocata fuit, huius criminatiois cognoscen-  
dae causa, ampla synodus frequentibus pontificibus metropolitis ar-  
chiepiscopis et episcopis. qui cum in S. iudicio consedissent, advo-  
catis quoque venerabilibus magnae ecclesiae clericis, congregatis item  
principibus de nobilitate viris ac tota populi multitudine, consistente  
iam S. synodo progrediuntur in medium accusatores patriarchae, qui  
erant ex clericorum coetu. asseverant, nec sine clamore ac maiore  
vocis contentione, se vere dicere, patriarcham a Turcis circum-  
cisum esse. patriarcha contra severissime iurare, ea quae ipsi dicant  
nequaquam esse vera, sed iniquissimum et impudentissimum menda-  
cium. illi vero nihil loci iuri iurando eius relinquere, sed tantum  
maiore voce instare, et contendere circumcisum esse. patres et qui  
concilio aderant, mirabantur haec audientes, quibusdam crimen ve-  
rum esse creditibus, aliis autem fidem derogantibus. quamobrem  
patriarcha, cernens vim et vehementiam adversariorum suorum; eos  
hoc solum agere, quomodo putidissimis ipsum mendaciis perfunde-  
rent; quo se verteret non habebat, ut veritas in lucem veniret et  
ipsorum calumnia pateficeret. quia ergo pernegando et sanctissime  
iurando nihil proficiebat, ex necessitate ad remedium legibus non

τὴν σάρκαν αὐτοῦ εἰς δλον τὸν λαόν, ἀπὸ τὸ ἔνα μέρος καὶ ἀπὸ τὸ ἄλλο, δεξιὰ καὶ ζεφᾶ, καθὼς ἐκαθεζόντησαν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ κληρικοὶ καὶ οἱ ἄρχοντες καὶ δλος δ λαός. καὶ ὡς ἴδαν τὴν καθαρότητα καὶ παρθενίαν αὐτοῦ, δλοι ἐξεπλάγησαν καὶ ἐθαύμασαν, διότι δὲν ἦτον σαρκὸς σημεῖον εἰς 5 αὐτὸν, ἥγουν τοῦ αὐλοῦ, εἰ μὴ μόνον δλίγον κομάτη τομάρη. καὶ τῆς ὥρας ἡ σύνυδος ἐδραμαν καὶ κατεφίλησαν τοὺς πόδας αὐτοῦ· οἱ δὲ κατήγοροι, ὅποι τὸν ἔλεγχαν, πολλὰ ἐντροπιάσθησαν καὶ ἀπὸ τοὺς Χριστιανοὺς πολλὰ ὑβρίσθησαν 129 καὶ ὀνειδίσθησαν. ἐπεσαν δὲ εἰς τὰ ποδάρια τοῦ πατριάρχου, 10 νὰ τοὺς συγχωρήσῃ τὴν ἀδικίαν καὶ συκοφαντίαν ὃποῦ τοῦ ἐκατασκεύασαν. ἀμὴ τελείως δὲν ἡθέλησε νὰ τοὺς συγχωρήσῃ, οὐδὲ κἄν νὰ γυρίσῃ νὰ τοὺς ἰδεῖ· μόνον ἐσταμάτισε μετὰ παρρησίαν, καὶ ἔβαλεν ἐπιτραχήλιον καὶ ὠμοφόριον, καὶ ἀφόρισεν αὐτοὺς δλούς, ὃποῦ ἐσυνέργησαν καὶ ἐκατασκεύα- 15 σαν αὐτοῦ ταύτην τὴν συκοφαντίαν. καὶ μετὰ τοῦτο ἔγραψε τὴν παραίτησιν αὐτοῦ. οἱ δὲ ἀρχιερεῖς καὶ δ κόσμος δλος ἐπαρεκάλουν αὐτὸν νὰ διαμείνῃ εἰς τὸν θρόνον αὐτοῦ. ἀλλ' αὐτός τελείως δὲν ἡθελε νὰ ἀκούσῃ νὰ μείνῃ εἰς τὸν θρόνον· μόνον ὀγλήγορα εὐγήκεν ἀπὸ τὴν πόλιν ἔξω μὲ δλον τον τὸν 20

6. μέρος δέρματος *interpretatur mibi Theodosius (Zygomalas), Crusius.*

comprehensum sibi confugiendum duxit. hac cogitatione suscepta et apud animum suum confirmata surgit; erecto corpore in medio circumstantis populi stat; oram vestimentorum, quae gestabat, tollit; particulam carnis suaे monstrat toti populo, quoquo versus se convertens, pro eo ac sedebant principes sacerdotes et clerici et primores, totus denique populus. apparuit ibi castissimi hominis puritas virginalis, quam cum summa admiratione obstupuerunt, quia nullum carnis indicium in fistula seu virga erat, sed tantum parva pars cutis conspiciebatur. tunc confessim synodus currrens deosculata est pedes eius. accusatores vero, qui falsum ei crimen intulerant, vehementer pudefacti erubuerunt, multis convicte et probris a pio coetu proscissi. ergo ad pedes patriarchae se abiicere, veniam iniuriae et scelestissimae criminationis intentatae orare. at ille nullo pacto eis ignoroscere, sed ne quidem se ad aspiciendum eos convertere. tantum fidenter et obstinate stetit; collarem et humeralem vestem a se reiecit; eos omnes execratus est qui conflassent in ipsum tantam sycophantiam adiutoresque se praebuissent. postea renuntiationem officii sui inscripsit. ibi tum principes ecclesiae tum concilium universum orant ipsum ut in sua statione permaneat. at nullo modo cedere precibus eorum sustinuit, sed tantum a manendo abhorruit ut mox urbe, cū omni suo peculio et supellectile omnibusque rebus quas

βίον καὶ μὲν ἄλλα πράγματα ὅπου εἶχε, καὶ ὑπῆγεν ἐν τῷ μοναστηρίῳ τῆς ἀκειροποιήτου ὑπεραγίας θεοτόκου τῆς Κοσινίσσης, ὅπου ἔνι πλησίον τῆς Καβάλας. καὶ ἔκαμψε μετάνοιαν ἔκει, καὶ ἀνακτήσεις πολλὰς καὶ καλλιεργίας καὶ μέσα 5 καὶ ἔξω ἐκαλλώπισε καὶ εὐτρέπισε. καὶ ἐκαθέζετο καὶ ἔζειν εἰρηνικῶς καὶ ἀσκανδαλίστως, καὶ εὐλαβοῦντο πολλὰ αὐτὸν ὁ τε ἡγούμενος καὶ οἱ γέροντες καὶ δῖοι οἱ καλόγεροι.

‘Η δὲ θεία καὶ ἱερὰ σύνοδος ἐπεσαν εἰς μεγάλην ἀδδημονίαν, ποῖον τὰ κάμουν πατριάρχην. καὶ ὅμοφώνως ἐπροσκά-  
10 λεσαν τὸν πρώην.

### ΣΥΜΕΩΝ πάλιν δ ἄνωθεν, Τραπεζούντιος.

‘Ως γὰρ ἐκλεξαν δευτέροαν φορὰν τὸν αὐτὸν πρώην πατριάρχην κύριον Συμεὼν, ἐπῆραν αὐτὸν καὶ τὸν ἥφεραν εἰς τὴν καθολικὴν μεγάλην ἐκκλησίαν, καὶ ἐκάθισαν αὐτὸν ἐν τῷ 15 ὑψηλοτάτῳ θρόνῳ τῷ πατριαρχικῷ, καὶ ἀπέλαβε πάλιν τὸν θρόνον αὐτοῦ. Ὡμως ὡσὰν ἐστησαν τοῦτον τὸν κύριον Συ-  
μεὼν πατριάρχην, ὑπῆγαν καὶ ἐδωκαν εἰς τὴν πόρτα τοῦ σουλτάνου πεσκέσιον τὰ χίλια φλωρία τὰ πρῶτα, ὅπου ἔβιλε  
τὴν κακὴν ἀρχὴν αὐτὸς ὁ κύριος Συμεὼν. καὶ ὁ τευτερέρης 20 δέν τους ἐδέχθη τελείως· μόνον τοὺς ἀπεδίωξεν, ἐσοντας

habebat, exiverit et in monasterium sanctissimae, manu non factae, deiparae Cosinissae, prope Cabalam situm, intraverit. ibi vitam paenitentiae plenam egit, multa monasterii illius instauravit, melius extruxit, eleganter ornavit, ad usus recte paravit. ibi sedens, pace fruens, extra 'omnes rixas et offenses vixit, venerantibus ipsum, quantum satis erat, et abbate et senibus et cunctis monachis.

Interim divina et sacra synodus magna conflictabatur difficultate, quenam alium ficeret patriarcham. tandem unanimi consensu et voce advocarunt illum qui antehac patriarcha fuerat, Symeonem.

### VII. P. SYMEON denuo superior ille Trapezuntius.

Hunc iterum patriarcham cum legissent, duxerunt in magnam ecclesiam catholicam et in altissima patriarchica sede collocarunt. sic pristinum honorem recepit. hac patriarchae restituzione facta abierunt ad portam seu palatum sultani, ut darent mille ducatos, pescesii nomine seu doni, quod ipsius huius Symeonis culpa in ecclesiam introductum fuerat. at illos plane quaestor accipere noluit, sed adferentes facessere iussit: se in rationibus regii fisci scriptum

νὰ εῦρῃ εἰς τὸ κατάστοιχον τῆς βασιλείας φλωρία χιλιάδας δύο πεσκέσιον, ὅπου τὰ ἔδωκεν ὁ ἄνω γεγραμμένος πρώτην πατριάρχης κύριος Διονύσιος. μὴ ἔχοντες δὲ τί νὰ κάμουν ὁ τε πατριάρχης καὶ οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ κληρικοί, ἔδωκαν τὰς δύο χιλιάδας, τὰ φλωρία, καὶ ἐτῇ εἰρήνευσεν ὁ τευτερέρης. 5

Ἐκαμε δὲ ὁ αὐτὸς πατριάρχης εἰς τὸν θρόνον χρόνους τρεῖς, καὶ ἐπέρνα εἰρηνικῶς χωρὶς καμίαν σύγχυσιν ἢ σκάνδαλον. ἀμήν φθονήσας τούτῳ ὁ τῶν σκανδάλων ἀρχηγὸς καὶ ἐχθρὸς ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν, ὁ διάβολος, καὶ ἐφάνη εἰς τὴν μέσιν ἔνας ἴερομόναχος ὀνόματι Ραφαὴλ, τοῦ ὅποιου ἡτον ἡ 10  
130 πατρίδα τον ἀπὸ τὴν Σερβίαν, καὶ εἶχε μεγάλην φιλίαν καὶ παρρησίαν εἰς τὴν πόρτα τοῦ σουλτάνου, ἔσοντας ὅπου ἀγάπουν αὐτὸν οἱ πασιάδες. καὶ ὡς εἶχε παρρησίαν εἰς αὐτούς, ὑπῆγε καὶ ἐπροσκύνησεν αὐτούς, καὶ ὅμιλησε μετ' αὐτῶν καὶ ἐσυμφώνησε καὶ ἐστερξεν ὅτι νὰ δίδει τὸν καθὲν χρόνον εἰς 15 τὴν πόρτα τοῦ σουλτάνου χαράτζιον φλωρία χιλιάδας δύο. καὶ τὸ πεσκέσιον ἔκαμαν νὰ δίδεται δόπταν γίνεται νέος πατριάρχης. ἀκούσαντες δὲ τοῦτο οἱ πασιάδες ἐδέχθησαν τὸν Ραφαὴλ τὸν φίλον αὐτῶν ἀσπασίως, καὶ ἀναφορὰν ἤγουν ἀγρέη περὶ τούτου τῷ σουλτάνῳ ἔκαμαν. καὶ ἀκούσας τοῦτο 20 ἐχάρη πολλά, καὶ ἐν τῷ ἀμα ἔδωκεν δρισμόν, καὶ εὐγαλαν τὸν αὐτὸν κύριον Συμεὼν ἀπὸ τοῦ πατριαρχικοῦ θρόνου.

seperire duo milia pescesum, quae Dionysius, antecessor huius, de quo supra scriptum, dederit. cui cum resistere non possent, patriarcha et antistites et clericī sane petitam duorum milium summam derunt, et ita quaestorem pacaverunt.

Egit hic patriarcha in suo throno triennium, pacate traducens, nulla turbatione aut contentione exorta. id bonum cum offenditionum dux et auctor communisque hostis Christianorum, diabolus, ecclesiae invideret, ecce tibi exoritur hieromonachus nomine Raphael, cuius patria alicubi in Servia erat. hic aditum in palatium habebat, multorum amicitia florens, bassis carus. apud quos cum libere agere posset, adit eos supplex, colloquitur, paciācitur, pollicetur se quotannis illaturum in aerarium palatii regii charatzium, h. e. tributum, duo milia aureorum. de pescesio iam convenerat, quod daretur, quando novus fieret patriarcha. bassae postquam haec audierunt, amicum suum Rhaphaelem libenter admiserunt, eaque de re ad sultanum retulerunt. qui re auditā multum delectatus est, statimque Symeonem e patriarchico throno abduci imperavit; quod et factum est.

## ΡΑΦΑΗΛ ἱερομόναχος ὁ Σέρβος.

Ἐλθόντων δὲ μερικῶν ἀρχιερέων μετὰ βισιλικοῦ δρισμοῦ εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν διὰ νὰ κάμουν τὸν Ῥιφαῆλ πατριάρχην, καὶ ὡς ἥλθε, ἔκαμαν τοὺς ψήφους καὶ τὴν χειροτονίαν σταυρικός τους. καὶ ἔχειροτονήθη ὑπὸ τοῦ Ἀγκύρας, ὅτι ὁ Ἡρακλείας, πρὸν περὶ νὰ συναγθῇ ἡ σύνοδος, τὸ ἐμαθε καὶ ἔγινεν ἀσθενής, καὶ ὁ Καισαρείας καὶ ὁ Ἐφέσου ἔτυχε καὶ δὲν ἥλθα. καὶ ὡς τὸν ἔχειροτονησαν, τὸν ἀνέβασαν εἰς τὸν πατριαρχικὸν θρόνον ὡς πατριάρχην. ἔκαμαν δὲ τινὲς στάσιν ὅτι νὰ μηδὲν συλλειτουργήσουν μετ' αὐτοῦ· ἀμή ἀπὸ τὸν φόβον τους καὶ σταυρικός τους ἐσυλλειτουργησαν. ἦτον δὲ φίλος τῆς μέθης πολλὰ καὶ τῆς τραπέζης καὶ καθ' ἡμέραν, ὅλου τοῦ χρόνου τὰς ἡμέρας, ἵσα ταῖς ὑπήγενε, τόσον νύκτα ὡσὰν καὶ ἡμέρα, καὶ οὕτε ὧδες, οὕτε ἐσπερινὸν οὕτε ὤρας, 15 αὐτὸς ποτὲ δὲν ἄκουε. καὶ δύοτε ἥθελε τὸν ἐγνωμέψῃ τινὰς διὰ χρείαν τινὰ πνευματικὴν ἡ διὰ κρίσιν, πάντοτε νησικός δὲν ἦτον, μόνον μεθυσμένος. καὶ ἀν θέλετε νὰ πιστέψετε τοῦτο, τῇ φρικτῇ ἡμέρᾳ τῆς μεγάλης παρουσκευῆς εἰς τὴν ἀγρυπνία τῶν ἀγίων παθῶν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἦτον με- 20 θυσμένος, καὶ ἔστεκεν εἰς τὸν θρόνον, καὶ ἀπὸ τὴν μέθην

14. ὧδες *hae, ait Theodosius, sunt καιροὶ διε ἔδουσιν ἐς γαδὸν θεοῦ.*  
Crusius.

## VIII. P. RHAPHAEL hieromonachus Servius.

Edicto regio convenerunt nonnulli sacerdotes primarii in magnam ecclesiam ad faciendum patriarcham Rhaphaelem. qui cum venisset, suffragia et designationem aggressi sunt praeter voluntatem suam ordinatus itaque ab Ancyranō est, quia Heracleensis, ante congregatiōnem synodi hoc resciscens, aegrotare coepit. accidit quoque ut Cæsariensis et Ephesius non venirent. peracta ordinatione subduxerunt hominem in patriarchicum suggestum ut patriarcham. certi vero quidam seditiouem fecerunt, ne cum ipso liturgias ficerent: metu tamen perculti vel inviti una sacris operali sunt. erat porro ebrietati et crapulae multum deditus: imo quotidie per totum anni orbem helluando dies et noctes huiusmodi morum dissolutione traducebat, nullas canonicas horas, nec vespertinas nec matutinas, ipse unquam audiens. quotiescumque aliquis, aut propter necessitatem et usum spiritalem aut propter ius dicendum, ipsum quaerebat, nunquam sobrius erat sed semper ebrius. quod ut magis credatur, aio ipso venerando magnae Paracœs die, quando sanctissimae passionis domini nostri Iesu Christi meditationi invigilandum erat, ipsum vino oppletum fuisse. stetisse quidem in throno, verum præ ebrietate consistere non potuisse, sed de manu eius sceptrum sacrum cecidisse. id humo quidam su-

δὲν ὑπόριε νὰ στέκῃ· μόνον ἔπεφθε τὸ δικανίκιον ἀπὸ τὸ  
χέρη του, καὶ τὸ ἐπέργαν κάτωθεν, καὶ τὸν ἔξηνον, καὶ τοῦ  
τὸ ἔδωκαν. καὶ ἐμίσησαν αὐτὸν δὲ κόσμος, ἵερωμένοι καὶ  
λαϊκοί, ἕνα μὲν ἀπὸ τὴν καθημερινὴν μέθην, ἄλλο δὲ καὶ  
ἀπὸ τὴν γλωτταν, δποῦ δὲν ἐγρίκα Ρωμαΐκα, μόνον Σέρβικα,<sup>5</sup>  
διότι, ὡς εἴπαμεν, ἡτον ἀπὸ τὴν Σερβίαν καὶ ὅμιλες Σέρβικα,  
καὶ Ρωμαΐκα τελείως δὲν ἐγρίκα· μόνον εἶχε δραγουμάνον,  
δποῦ ὅμιλες.

131 Καὶ ὥσταν ἔλαβε τὸν πατριαρχικὸν θρόνον, δποῦ ἔταξε  
ταῖς δύο χιλιάδες τὰ φλωρία, νὰ τὰ δίδει καθὲν χρόνον χα-<sup>10</sup>  
ράτζιον, ἢλθε τὸ τέλος τοῦ χρόνου νὰ τὰ δώσῃ· καὶ ἔκραξαν  
αὐτὸν εἰς τὸ διβάνη οἱ πασιάδες, καὶ ἐζήτησαν αὐτοῦ τὸ χαρά-  
τζιον, καθὼς ὑπεσχέθη νὰ δίδει. καὶ τοῦτος οὗτε χαράτζην εἶχεν  
οὗτε τινὰν βοηθόν, νὰ τοῦ βοηθήσῃ, οὗτε ἀπὸ τοὺς κληρικοὺς.  
οὗτε ἀπὸ τοὺς ἀρχοντας οὗτε ἀπὸ τοῦ λαοῦ. καὶ ἰδόντες οἱ 15  
πασιάδες ὅτι ἐγέλασεν αὐτούς, ἔβαλαν αὐτὸν εἰς τὴν φυλακήν.  
καὶ ἐτζη ἐπέρασαν ἡμέραι ολίγαι, καὶ ἐζήτησε παρὰ τῶν πα-  
σιάδων θέλημα νὰ τοῦ δώσουν, νὰ εὐγῇ ἀπὸ τὴν φυλακήν, νὰ  
περπατεῖ ἐλεημοσύνη ἀπὸ τοὺς Χριστιανούς, μήπως καὶ συνάξῃ  
ἀπὸ τὸ χρέος τὸ αὐθεντικόν. καὶ ἐτζη ὅρισαν, καὶ τοῦ ἔβα-<sup>20</sup>  
λαν ἀντὶ τοῦ ἐπιτραχηλίου καὶ ὠμοφορίου ἀλυσσον σιδηρένια  
βαρέα, καὶ τοῦ ἔδωκαν καὶ ἦναν Τούρκον· καὶ τὸν ἔσυρε

stulerunt eique, cum e somno excitassent, reddiderunt. qua de causa  
omnibus odio fuit, tum consecratis hominibus tum laicis; idque par-  
tim propter quotidianum temulentium, partim propter linguae rudita-  
tem. Graeca enim non callebat, sed tantum Service sciebat, quo-  
niā, ut antea diximus, e Servia genus ducebat. itaque Service lo-  
quebatur, Graecam linguam prorsus non intelligebat, sed quando lo-  
quendum erat, interprete utebatur.

Cum hoc modo thronum concendisset, pollicitatione bis mille  
ducatorum quotannis pro tributo persolvendornm, primus annus elapsus est, et charatzium erat dandum. accersiverunt ergo ipsum bassae in senatum, postulantes ab eo promissum charatzium. at iste  
simplex nec charatzium habebat, nec quemquam qui ipsi succurreret, non clericum, non primarium virum, non de populo ullum. videntes  
ergo bassae se ab ipso delusos esse, compegerunt miserum in carcerem.  
elapsis aliquot diebus petiit sibi facultatem a bassis dari e cu-  
stodia exequendi ob cogendam a Christianis stipem, si forte ex ele-  
mosynae collectione posset, quod fisco debebat, persolvere paruerunt  
illi: sed loco indumenti colli et humerorum catenam ei ferream gra-  
vem iuiecerunt, adiuncto Turca, qui eum trahebat et custodiebat.

καὶ τὸν ἐφύλαγε. καὶ ἐκεῖ ὅποῦ ἐπερπάτιε μὲ τὴν ἄλυσσον καὶ ἔζητει ἡτοι ἐσύραξε, τὰ ἔτρωγε καὶ τὰ ἔπινε, καὶ ἀπέθανε κακῶς ὁ ταλαιπωρος.

Μετὰ δὲ τὸν θάνατον τούτου ἐσυνάχθη σύνοδος μεγάλη 5 μητροπολιτῶν ἀρχιεπισκόπων καὶ ἐπισκόπων, κληρικῶν ἥγουμενῶν ἀρχιμανδριτῶν καὶ ἀπλῶς ἄλλων ἰερέων, ἀρχόντων, χρησίμων ἀνδρῶν καὶ τοῦ κοινοῦ λαοῦ. καὶ συνεβούλευθησαν ποῖον νὰ κάμουν πατριάρχην. ὅμως ἡσαν εἰς μεγάλην ἀπορίαν διὰ νὰ εὑδούν ἄξιον ἄνδρα, ὅποῦ νὰ πιάσῃ τὴν ἑκ-  
10 κλησίαν τοῦ Χριστοῦ, νὰ τὴν ἐποιημένηι ὀρθῶς καὶ δικαίως.

### ΜΑΞΙΜΟΣ δὲ λόγιος καὶ σοφώτατος πολλά.

Θεοῦ σοφίᾳ, κοινῇ γνώμῃ ἐψήφισαν αὐτὸν τὸ γ Θεολογικώτατὸν Μάξιμον, ὁ ὅποῖος ἦτοι μέγιας ἐκκλησιάρχης τῆς μεγάλης ἐκκλησίας ταύτης τῆς Κωνσταντινουπόλεως, ὀνόματι 15 Μανουὴλ· ὅποῦ τοῦ ἐσχισαν τὴν μίτην διὰ δρισμοῦ τοῦ σουλτάνου, διὰ νὰ μηδὲν πατηθῇ ὁ νόμος ὅποῦ ἐπροεγράψαμε, διὰ δονομα τοῦ πρωτοβεστιαρίου τῆς Τραπεζοῦντος, ὅποῦ ἔζητει νὰ ἐπάρῃ τὴν μοιχαλίδα, καὶ τὴν ἐπῆρε. ἔκαμαν δὲ αὐτὸν τὸν μέγιαν ἐκκλησιάρχην καλόγηρον καὶ ἐμετονόμασαν αὐτὸν

quocunque igitur catenatus veniebat, mendicabat, et quae colligebat, in cibum ac potum vertebat. ita misere hanc aerumnosam vitam reliquit.

Hoc e vivis sublato coacta fuit frequens synodus, concurrentibus metropolitis archiepiscopis et episcopis, clericis, abbatibus, prioribus et aliis sacerdotibus, nec non nobilibus viris, et quos interesse referebat, denique multitudine plebeia. hi consultarunt inter se quemnam in locum patriarchae sufficerent, tunc in magna difficultate disquisitionis erant, ut aliquem tanto honore dignum invenirent, qui ecclesiae Christi curam suscipiens eam recte et iuste, sicut bonum pastorem decet, administraret.

### IX. P. MAXIMUS vir longe doctissimus.

Sapienti tandem providentia dei, unanimi sententia legerunt divinarum rerum scientissimum virum, qui antea Manuelei nomen habens postea Maximus nuncupatus fuit. erat is ille magnus magnae nostrae ecclesiae ecclesiarcha, cuius nasus imperio sultani fissus fuerat, quod pati noluerat conculcari legem, sicut supra scripsimus, Trapezuntii protovestiarii causa, qui adulterum ducere malo exemplo studuerat, sicut et duxit. hunc ecclesiarcham fecerunt monachum et

*Μάξιμον. καὶ ἔτι η τοῦ ἔδωκαν τὸ μικρὸν μήνυμα, καὶ τὸ μέγα μετὰ τὸν ἑσπερινόν. καὶ ἐπὶ τὴν αὐτοῖς λειτουργίας γενομένης, συναγμένου παντὸς τοῦ λαοῦ, ἵερωμένων καὶ κοσμικῶν, ἔχειροτόνησεν αὐτὸν δὲ Ἡρακλείας πατριάρχην εἰς τὴν παμμακάριστον, γενομένης παρρησίας μεγάλης καὶ εὐτα-*

132 *ξίας. καὶ λαβόντες αὐτὸν ἔβαλαν ἐν τῷ ὑψηλοτάτῳ θρόνῳ τῷ πατριαρχικῷ, δώσαντες αὐτοῦ ἐπὶ χεῖρας καὶ τῷ δικανίκιον, ψαλλόντων τῶν ψαλτῶν, ὡς σύνηθες, τὸν δεσπότην καὶ ἀρχιερέαν. καὶ οὗτως εὐλόγισε τὸν λαὸν τοῦ κυρίου. μετὰ δὲ ταῦτα ἐπῆραν αὐτὸν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ κληρικοὶ καὶ οἱ ἄρχοντες μὲ τὰ πεντακόσια φλωρία, τὸ πεσκέσιον, καὶ ὑπῆγαν, καὶ ἐφίλησε τοῦ σοντατάνου τὸ χέρη, καὶ τὰ φλωρία εἰς τὴν πόρταν αὐτοῦ ἔδωκε. καὶ εἰς τὸ τέλος τοῦ καθενὸς χρόνου ἔδειδαν ταῖς δύο χιλιάδες, τὰ φλωρία, τὸ χαράτζιον,*

*Πατριαρχεύοντος δὲ αὐτοῦ, τοῦ κυροῦ Μαξίμου τοῦ λο-15 γίου, ὅλα τὰ τῆς ἐκκλησίας ἐπερινοῦσαν εἰρηνικὰ καὶ ἀσκανδάλιστα, ἐσοντας δόπον ἔξεριζώθησαν τὰ σκάνδαλα ἀπὸ τὸ μέσον καὶ ἔμεινεν ἡ κατὰ θεὸν ἀγάπη. ἐποίμαινε γὰρ τὸ ποίμνιον αὐτοῦ ἐν παιδείᾳ καὶ νονθεσίᾳ κυρίου, καὶ δὲν ἔπαινε καθ' ἐκάστην κυριακὴν καὶ εἰς τὰς δεσποτικὰς ἑορτὰς 20 καὶ θεομητορικὰς νὰ διδάσκει ἐπὶ ἀμβωνος τὸν λαὸν τοῦ Χριστοῦ, ὅτι ἡτον λογιώτατος καὶ γλυκὺς εἰς τοὺς λόγους του,*

pro Manuelo Maximum nominaverunt. tunc ei dederunt minorem significationem et post vespertinum cantum maiorem. postridie, cum liturgia celebraretur, toto populo congregato tum sacri ordinis tum secularis, declaravit ipsum Heracleensis patriarcham in pammacaristae templo, magna frequentia, solemnitate et bono ordine. tum apprehensum in sublimi patriarchatus throno statuerunt, dato etiam pastorali baculo in manum, musicis interea psalmorum cantu dominum et sacrorum principem de more celebrantibus. tum ipse benedictionem populo domini dedit. his ad hunc modum peractis duxerunt ipsum pontifices clerici et primores, cum 500 aureis, pescesii causa, ad sultanicum; cuius ipse manum osculatus illam pecuniam in portam intulit. deinceps in cuiusque anni exitu binorum milium ducatorum charatzium dederunt.

Sub hoc patriarcha ecclesiae status perbonus fuit, rebus pacifice et sine dissensione ulla procedentibus, utpote dissidiis e medio sublati et caritate divina manente. pascebat ille gregem sibi commissum institutione pietatis et informatione animorum ad praecepta dei. non cessabat quin singulis dominicis diebus, et festis tum Christi tum matris eius virginis, de suggesto doceret populum Christi, quia cum singulari eruditione pollebat, tum ex ore eius concionantis et

δόπον ἐδίδασκε καὶ διδίλιε. εἶχε δὲ γλῶττα θαυμαστή, καὶ ἀπλωνε τοὺς λόγους του μὲ πολλὰ παραδείγματα τῆς θείας γραφῆς εὐμορφώτατα, ὅπον ἔκατανύγετον πᾶσα ψυχὴ ἀνθρώπου· ὅπον τινὰς ἄλλος σοφώτατος τοῦ καιροῦ ἐκείνου δὲν 5 ἔσσωνεν αὐτὸν εἰς τὰς χάριτας. τόσος γὰρ μέχας ἦτον εἰς τὴν θεολογίαν ὅτι τὸ ὄνομά του καὶ ἡ φήμη του ἤκουόσθη εἰς τὸν σουλτάνον. καὶ ἐν τῷ ὅμα ἔστειλε πρὸς αὐτὸν ὅπως νὰ τοῦ γράψῃ τὴν ἐξήγησιν τοῦ ἀγίου συμβόλου τῆς πίστεως ἥμῶν, ἥγοντα τὸ “πιστεύω εἰς ἓνα Θεόν, πατέρα παντοκράτορα.” λοιπὸν δὲ πατριάρχης ἔκαμε τὴν ἐξήγησιν, καὶ ἔγραψεν αὐτὴν θεολογικὰ καὶ τεχνικὰ ὡς σοφώτατος ὅπον ἦτον, καὶ τὴν ἀπέστειλε τοῦ σουλτάνου. καὶ ὡς τὴν ἐλαφεν, ἐχάρη πολλά, ὡς ἄκοντες τὴν ἐξήγησιν αὐτοῦ.

<sup>15</sup> Ήσαν δὲ τῷ καιρῷ ἐκείνῳ μέσα εἰς τὸ σαράγη τοῦ σουλτάνου εὐγενέστατοι καὶ πεπαιδευμένοι ἐκ τὴν Τραπεζοῦντα. ἀπὸ τοὺς ὅποιους ἦτον ὁ ἔνας, νιὸς τοῦ Ἀμηρούτζη, ὁ Μεχεμέτ πεῖς, λογιώτατος καὶ σοφώτατος εἰς τὸ Ἑλληνικὸν μάθημα καὶ εἰς τὸ Ἀραβικόν. τόσον γὰρ ἦτον σοφώτατος ὅτι τὰ βιβλία τὰ ἀδικά μας τῷν Χριστιανῷν τὰ ἐμεταγλωττισε 20 εἰς τὴν Ἀραβικὴν γλῶσσα διὰ ὄρισμοῦ τοῦ σουλτάνου. ὁ γὰρ σουλτάνος δὲν ἔπανε ποτὲ νὰ μηδὲν ἐρωτᾷ τὸν νιὸν τοῦ Ἀμηρούτζη ὡς σοφὸν ἄνθρωπον, καὶ ἄλλους σοφοὺς ὅπον

docentis melle dulcior fluebat oratio. linguam quippe copia et suavitate mirabilem habebat, doctrinasque suas multis sacrarum literarum exemplis pulcherrime explicans illustrabat, ita ut motum afferret cuiusvis hominis animo eumque compungens, sane quanquam complures illo tempore doctissimi viri inveniebantur, nemo abundantia et venustate orationis cum ipso adaequari poterat. tam excellens enim theologus erat ut celebritas nominis eius ad sultani aures perveniret. ac mox ad ipsum misit, ut sibi explicationem S. symboli fidei nostrae “credo in unum deum, patrem omnipotentem” conscriberet. proinde in ea commentatione patriarcha elaboravit, omninoque theologice, et artificiose pro eximia sapientia sua absolvit, atque ad sultanum misit. qui ut accepit et sententiam eius perceptit, magna voluptate affectus est.

Vivebant illa tempestate in palatio regio nobilissimi et eruditissimi homines, ex urbe Trapezunte orti, e quibus erat unus Amerutzae filius, Mechemeta begus, doctissimus et scientissimus tum Graecarum tum Arabicarum literarum: tanta namque in ipso doctrina erat ut libros nostros, Christianam religionem continentis et alios, iussu sultani in Arabicam transferret linguam. nunquam enim finem ex eo, ut eruditissimo homine, et ex aliis doctis aulicis de fide Christiana scisci-

είχε μέσα εἰς τὸ σαρώγη του, περὶ τῆς πίστεως ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν, οἱ δόκοι τὰ ἐξηγήθησαν καταλεπτῶς· καὶ εἶχε 133 χαράν μεγάλην, ἀκούοντα ταῦτα. μέσα δὲ εἰς ὅλα τοῦ εἶπαν ὅτι τῶν Χριστιανῶν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ ίερεῖς, ὅσους ἀφωγίζουν νομίμως εἰς πταισίμον δόπον νὰ σφάλουν, καὶ δὲν σώζουν ζῶν-5 τάς τους, νὰ διορθοῦν καὶ νὰ λατρευτοῦν εἰς ἑκεῖνο τὸ πται-σίμον δόπον ἀφορίσθησαν, ἡ γῆς δὲν λύει τὸ κορμῆ ἑκείνῳ τοῦ ἀφωγισμένου; ἀμὴ μένουν ὁσάν τύμπανα· καὶ ἄν πε-ράσουν καὶ χίλιοι χρόνοι, αὐτὰ δὲν τὰ τρώγη ἡ γῆς τελείωσ-μόνον στέκονται ἀκέραια, καθὼς τὰ ἔθαψαν. ἐρώτησε δὲ 10 αὐτοὺς ἐὰν δύνωνται νὰ συγχωρηθοῦν, πάλιν νὰ διαλύσουν τὰ κορμία αὐτῶν· καὶ ἀπεκρίθησαν καὶ εἶπαν ὅτι δύναται. ὡς δὲ ἦκονται τοῦτο τὸ παράδοξον μνηστήριον, ἔφριξε καὶ ἔθαύμασε, καὶ πλέον ἄλλῃ καμίαν ἐρώτησιν δὲν ἐρώτησε· ἀμὴ ἐν τῷ ἀμα ἐμήνυσε τοῦ πατριάρχου ὅτι νὰ εῦρῃ ἄνθρω-15 πον ἀφωγισμένον, δόπον νὰ ἔχει πολὺν καιρὸν ἀπεθαμένος. ὁ δὲ πατριάρχης ἀκούσας τοῦ σούλτανον τὸ μήνυμα ἐξεπλάγη, καὶ ἐν τῷ ἀμα ἐκραξε τοὺς κληρικούς, καὶ εἶπε τὸ μήνυμα τοῦ σούλτανον· καὶ ἔθαύμασαν. ἥλθε δὲ ὁ πατριάρχης εἰς μεγάλην ἀδδημονίαν μετὰ τῶν κληρικῶν, ποὺ νὰ εὔρεθῇ τοι-20 οὗτος παλαιὸς ἀφωγισμένος. καὶ δὲν εἶχαν τί νὰ κάμουν διὰ τὴν ὠδαν· καὶ ἐξήτησαν τοῦ σούλτανον διορίαν δλίγας ἡμέ-

tandi sultanus faciebat; qui ei quoque articulatim et exquisite capita et sententiam eius edisseruerunt. e quarum rerum auscultatione magnam ipse capiebat voluptatem. inter cetera quae ei indicarunt, etiam hoc dixerunt, quoscumque Christiani pontifices et sacerdotes legitime ob peccatum aliquod admissum sacro coetu eiiciant, nec occupent eos, dum in vivis sint, emendare, ut expientur ab illo lapsu propter quem electi fuerunt, eorum cadavera, ita in exilio spiritali mortuorum, non dissolvi a terra, sed remanere tympanorum instar inflata, nec, si mille etiam transierint anni, omnino a terra consumi, sed restare integra, sicuti humata fuerint. interrogavit amplius num iidem possent, data absolutione, rursus dissolubilia facere ea corpora. responderunt illi posse. ipse miraculo hoc auditio admiratus cohorruit, nec aliud praeterea quicquam interrogavit, sed confestim patriarchae nuntiari iussit, quaereret hominem communione ecclesiae exterminatum, ante longum tempus vita defunctum. patriarcha accepto eo nuntio exterritus est; ac statim accitis clericis sultani verba exposuit; qui mirati sunt. incidit patriarcha cum ipsis in gravem curam, huc illuc cogitationes volentes, ubinam tale iamdudum excommunicationi immortui hominis cadaver reperiri posset. cumque nihil ipsis, quid facerent, in praesentia in mentem veniret, aliquot dierum spa-

ρας. καὶ ὡς ἔλαβαν τὴν διορίαν, ἐδιαλογίζοντὸ ποῦ νὰ εὐ-  
ρεθῇ τοιούτος ἀφωρισμένος. καὶ οὕτως ἐνθυμήθησαν τινὲς  
γέροντες ἀπὸ τοῦ κλήρου ὅτι εἰς τὰς ἡμέρας τοῦ πρώην πα-  
τριάρχον, κυροῦ Γενναδίου τοῦ Σχολαρίου, ἦτον μία παπα-  
δία χῆρα πολλὰ εὔμορφη, καὶ εἶχεν ὁσπήτιον ἔξωθεν τοῦ  
πατριάρχείου, καὶ ἐκαθέζετο καὶ ἐπορεύετο φανερῶς. ὁ δὲ  
πατριάρχης μαθὼν τοῦτο ἐνουθέτησεν αὐτὴν πολλά, ἵνα παύσῃ  
ἀπὸ τὴν ἄμαρτίαν, νὰ ἔλθῃ εἰς μετάνοιαν, νὰ συγχωρηθῇ·  
καὶ αὐτὴν περισσότερος ἔτρεχεν εἰς τὴν ἀσωτίαν. καὶ ὁ πα-  
τριάρχης δὲν ἔπαινε νὰ τὴν ἐλέγχῃ καὶ διειδεῖῃ, κατὰ μόνας  
καὶ φανερῶς, ἐμπροσθεν ἀρχιερέων καὶ κληρικῶν. αὐτὴ δὲ  
ἡ ταλαιπωρος, σοφισθεῖσα ὑπὸ τοῦ διαβόλου, ἐκατηγόρησε  
τὸν πατριάρχην ὅτι, ὅταν ἔκραζεν αὐτὴν νὰ τῆς ὅμιλησῃ μυ-  
στικά, ἥθελησε νὰ τὴν ἐδυναστεύσῃ, νὰ ἄμαρτάνη μετ' αὐτῆς.  
15 ἀκούσας δὲ τοῦτον τὸν φοβερὸν λόγον τῆς ἀδίκου κατηγορίας  
ἔξεπλάγη. ἥκουσθη δὲ τοῦτο τῆς κατηγορίας τοῦ πατριάρχου  
εἰς ὅλην τὴν Κωνσταντινούπολιν καὶ εἰς ὅλους τοὺς πλησίους  
τόπους, καὶ ἄλλοι μὲν τὸ ἐπίστευσαν καὶ ἄλλοι δὲν τὸ ἐπίστευ-  
σαν. ὁ δὲ πατριάρχης δὲν εἶχεν ἄλλο τί νὰ κάμη· μόνον μιᾶς  
20 δεσποτικῆς ἐօρτῆς ἐπροσκάλεσεν ἀρχιερεῖς καὶ κληρικοὺς καὶ <sup>134</sup>  
ἐλειτούργησε, καὶ μετὰ τὴν λειτουργίαν ἔξεφώνησε καὶ εἶπε  
ὅτι εἰς τοὺς λόγους διοῦ εἶπεν ἡ παπαδία κατ' αὐτοῦ, εἰ μὲν

tium ad dispiciendum a rege petierunt. quo accepto animum per-  
omnia versantes de tali cadavere cogitant. tandem recordantur se-  
niiores quidam de clero fuisse tempore superioris patriarchae Gennadii  
Scholarii viduam quandam a sacerdote relictam, pulchritudine  
conspicuum, quae domum extra patriarcheum habens quaestum cor-  
pore haud obscure vulgato fecerit. patriarcham re cognita increpuisse  
ipsam diligentissime monendo, fiuem faceret peccandi, quo paeniten-  
tia acta veniam consequeretur. sed id frustra fuisse, muliere laxiori-  
bus habenis se ad libidines incitante. patriarcham interim non ces-  
sasse a redargendo et obiurgando, nec id seorsim solum, sed etiam  
aperte, coram proceribus sacris et clericis. at illa misera diaboli in-  
stinctu patriarcham accusat: eum, quando ipsam ad secretam collo-  
cutionem accerserit, conatum esse ad nefarium facinus vi pertrahere.  
ipse atrocis criminis indigna accusatione auditam totus obstupuit. ea  
criminatio per totam Cpolin percrebuit et in vicinia tota, quibusdam  
veram credentibus, aliis fidem derogantibus. patriarcha quid face-  
ret? aliud nihil remedii erat nisi hoc. quodam dominico festo ac-  
cessitis pontificibus et clero liturgiam facit, eaque finita clarissima  
voce dicit, si illa verba, quae sacerdotis vidua in ipsum dixerit, vera  
sint, se ei ignosci a deo et felicitatem dari eiusque mortuae dissolvi

νὰ ἴπαγῃ εἰς τὸν Πούγδανον· καὶ ἔτζη ἡτοιμάσθη, καὶ ἔλαβε<sup>10</sup>  
μερικοὺς κληρικούς, καὶ ἔφθασεν ἔκεئν πλησίον. ἡξενρε δὲ  
τὴν ἐπανεύασιν ὁ Πούγδανος, ὅποῦ ἔκαμεν ὁ πατριάρχης,  
ἔσοντας νὰ δώσει τὰ πεντακόσια φλωρία, νὰ εὐγάλῃ τὸν πα-  
τριάρχην ἀπὸ τοῦ Θρόνου αὐτοῦ, καὶ ἐκάθισεν αὐτός· καὶ  
δὲν ἡθέλησε νὰ τὸν ἐδεχθῇ, οὐδὲ νὰ τὸν ἰδεῖ· μόνον ἀπέ-<sup>15</sup>  
στειλεν ἀπὸ τὸν ὑπηρέτας αὐτοῦ, καὶ ἀπεδίωξαν αὐτὸν ἀπὸ  
ὅλον τὸν τόπον αὐτοῦ ὡς ἐπιβάτην καὶ παράνομον. ἀκούσας  
δὲ τούτους τὸν λόγους ὁ πατριάρχης ἐλυπήθη πολλὰ καὶ ἐν-  
τροπιάσθη, καὶ ἐγύρησε καὶ ὑπῆργεν εἰς τὸ Δολόβιστον, καὶ

7. τὸν αὐτὸν κύριον Ἰωάκειμ] τὸν κύριον Παχάμιον, καὶ τὸν αὐ-  
τὸν κύριον Ἰωάκειμ ἤφεραν. Crusius.

gentorum. et hoc eorum praeposterum erga Ioachimum studium, quo  
hauc accessionem sultano polliciti sunt, susceptum est ipso Ioachimo  
sciente et volente: quippe dabat ipse id auri clanculum, sed nihil  
se scire prae se ferebat. itaque re ad sultanum ab illis relata, se  
addere quingentos aureos, ut Ioachimus restituantur, statim is negoti-  
tium eis throno deducendi Pachomii et Ioachimi reducendi dedit.

**DECIMUS SEXTUS** patriarcha Ioachimus, iterata patriarchica  
potestate.

Post modicum tempus hic iterum peregrinari et Moldaviam in-  
visere paravit. itaque clericis aliquot comitatus in viciniam illius  
pervenit. resciverat Moldavus de additione ad tributum a patriarcha  
facta, cum hic quingentis ducatis datis Pachomium e throno excus-  
sisset et ipse inibi se collocasset. noluit ergo eum princeps ille re-  
cipere, imo ne videre quidem: sed ministros aliquot misit, qui ho-  
minem tota regione ipsius excedere iusserunt ut patriarchatus contra  
canones insensorem.

His auditis patriarcha valde indoluit et pudefactus est. itinere  
itaque converso Dolovistum perrexit; ac dolore animi in mordum de-

ἀπὸ τὴν πικρίαν αὐτοῦ ἀπέθανε ἐν τῷ ἄμα, ἔσοντας νὰ ἀσθενήσῃ μή δύναμενος νὰ υπομείνῃ τὴν καταφρόνεσιν.

Καὶ μαθόντες οἱ κληρικοὶ τὸν θάνατον τοῦ πατριάρχου ἐσύναξαν ἀρχιερεῖς, διὰ νὰ ἴδουν ποῖος ἔναι αρμόδιος νὰ κάμουν πατριάρχην. καὶ καθίσαντες ἐπὶ συνόδου δῆτησαν διμοφώνως τὸν πρώην.

### ΠΑΧΩΜΙΟΣ πάλιν ὁ πρώην πατριάρχης.

Κοινῇ δὲ γνάμη ἀρχιερέων κληρικῶν τε καὶ κοσμικῶν, τῶν τε ἀρχόντων καὶ τοῦ κοινοῦ λαοῦ, τοῦτον πάλιν πατριάρχην ἐπροσκάλεσαν· καὶ τὸν πατριαρχικὸν θρόνον ἐπαγάλλαβε, καὶ ἐκάθισεν εἰρηνικῶς. τότε ἦτον ὁ σοφώτατος καὶ θεολογικώτατος κύρις Μανουὴλ, ὁ μέγας ἕγιωρ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, ὁ Πελοποννησιακός.

Ἐπὶ τῆς πατριαρχείας τούτου ἦτον καὶ ὁ παράνομος 15 Ἀρσένιος, τὸ γένος Ἀποστόλης, ὁ δοποῖος ἐλαβε τὸν θρόνον τῆς ἀγιωτάτης μητροπόλεως Μονεμβασίας παρανόμως καὶ ἔσω κανόνων, ἀναξίως. καὶ νὰ μάθετε περὶ τούτου πῶς ἔγινε παρανόμως. τοῦτος, λέγω ὁ Ἀρσένιος, ἦτον διάκονας, καὶ ἤλθεν ἀπὸ τὴν Βενετίαν εἰς τὴν Μονεμβασίαν μετὰ με-147 20 γάλης δυνάμεως, τῶν Βενετίκων δηλονότι τῆς ἀφεντίας, ἔσοντας δόπον ὄριζαν αὐτὴν τότε. καὶ εἶχε θέλημα παρ' αὐτῶν

*lapsus, mox extinctus est, cum tales sui contemptione concoquere non posset.*

Cognita morte patriarchae a clericis conventus pontificum indicatus est, ut de alio idoneo in locum eius substituendo deliberarent. sedentes itaque in sacra synodo, concordi voce superiorem Pachomium requisiverunt.

### DECIMUS SEPTIMUS, patriarcha rursus prior Pachomius.

Communi sententia, inquam, pontificum et clericorum, interque seculares nobilium et plebis, hunc ad patriarchicam administracionem revocarunt. thronum ergo recepit, et pacifice praesedit.

Eo tempore vivebat doctissimus vir et theologus praestantissimus, Manuelus Peloponnesius, magnus magnae ecclesiae rhetor. sub hoc quoque patriarcha vixit legum contemptor Arsenius, genere Apostoles; qui indigne violatis legibus et canonibus in thronum sanctissimae metropoleos Monembasiae se intulit. cognoscite, queso, quibus machinamentis. erat iste Arsenius diaconus, venitque Venetiis Monembasiam, magna Venetorum procerum potestate instructus, pertinente tunc ad

καὶ παρὰ τοῦ λεγάτου τοῦ πάπα, δτι, ἀφ' οὗ γένει αρχιερεύς, νὰ ἔχει τὸν θρόνον τῆς Μονεμβασίας ἀνεμποδίστως, καὶ δῆποιος τῶν ἱερωμένων ἡ τῶν κοσμικῶν φανῆ αὐτοῦ ἐγαντίος καὶ ἀπειθῆς, νὰ παιδεύεται μεγάλως καὶ νὰ ἔξοριζεται ἀπὸ τὸν τόπον ἐκεῖνον ἥως ὅλης τῆς ζωῆς αὐτοῦ. ὅμως. ἡλθεν 5 εἰς Μονεμβασίαν, ἐδειχεὶς τοὺς δρισμοὺς τῆς αὐθεντίας τῶν Βενετίκων πρὸς τὸν αὐθέντην τοῦ τόπου καὶ πρὸς τοὺς ἀρχοντας καὶ πρὸς τὸν λαόν. ὡς δὲ ἴδαν οἱ Μονεμβασιῶται τοὺς δρισμούς, ἐπροσκύνησαν αὐτὸν καὶ ἐτίμουν μεγάλως καὶ εὐλαβοῦντο, ὅτι ἡτον καὶ σοφώτατος μέγας. λοιπὸν τοῦτος ὁ 10 Ἀρσένιος, ὡς ὑπῆγεν ἐκεῖ διάκων, ἐστειλε καὶ ἐπροσκύλεσε τὸν ἐπίσκοπον τοῦ Ἐλους· καὶ ἐχειροτόνησεν αὐτὸν πρεσβύτερον. τότε συμβούλιον ἔκαμαν ἐκεῖ, ὅπως νὰ χειροτονηθῇ ὁ αὐτὸς Ἀρσένιος μητροπολίτης Μονεμβασίας. καὶ οὕτως ἔκαμαν τὸν Ἐλους, τὸν ἐπίσκοπον, εἰς τόπον τοῦ οἰκουμενικοῦ 15 πατριάρχου, καὶ δύο ἵερεῖς ἔβαλαν εἰς δύο μητροπολιτῶν, τοῦ Λακεδαιμονίας καὶ τοῦ Χριστιανουπόλεως. καὶ οὕτως ἔκαμαν αἵτοι τοὺς ψήφους, καὶ ἔδωκαν αὐτοῦ τὸ μικρὸν μήνυμα, καὶ τὸ μέγα μετὰ τὸ ἐσπερινόν. καὶ ἐπὶ τὴν αὔριον λειτουργίας γενομένης ἐχειροτόνησαν αὐτὸν μητροπολίτην Μονεμβασίας, καὶ ἔνδυσαν αὐτὸν μετὰ τῶν ἱερῶν ἐνδυμάτων τῶν ἀρχιερατικῶν, τοῦ τε πολυτίμου \* σάκκου, καὶ ὠμοφορίου

ipsorum imperium illa urbe. pugnabant ipsi pro eo; causam eius agebat papae legatus, concedentes ei, quando fieret pontifex, thronum Monembasiae citra controversiam. quodsi quis vel sacerdotum vel politicorum hominum se illi opponeret nec pareret, acriter eum punitum iri atque adeo exterminatum iri e loco illo ad omne tempus vitae sua. tunc igitur, ut coepi dicere, Monembasiam venit; mandatum et commendationem Venetae dominationis praefecto civitatis, patribus et populo, exhibuit. Monembasiatae postquam eas literas viderunt, demissae exceperunt hominem, honore et reverentia prosequentes, utpote praeclara etiam eruditione et doctrina praeditum. proinde Arsenius iste, qui illo diaconus venerat, misit qui Eleum accirent episcopum; qui eum declaravit presbyterum. quo tempore consilium ab eis cusum est Arsenii Menembasiatis metropolitae creandi. itaque illum Eleum episcopum in locum et dignitatem oecumenici patriarchae traduxerunt, duos autem sacerdotes pro duobus metropolitis reputarunt, uno Lacedaemoniae, altero Christianopoleos. ita ipsi suffragium inierunt, et minus ei dederunt indicium, ac post vesperas maius. postridie liturgia celebrata eum Monembasiae metropoliten renuntiarunt sacrisque pontificalibus induerunt, pretioso sacco et superhumerali et ceteris. o iniquitatem contra leges! o adulacionem

καὶ τῶν ἐπιλοίπων. ὁ τῆς παρανομίας, ὁ τῆς κολακείας τῶν ἐλεεινῶν. ὁ γνήσιος μητροπολίτης Μονεμβασίας, ὁ νομίμως χειροτονηθεὶς παρὰ τῆς ἀγυνωτάτης τοῦ Χριστοῦ μεγάλης ἐκκλησίας, εὐρίσκετον ὑγιῆς· καὶ διὰ νὰ ἀφενδεύουν \* οἱ Βε-  
5 νέτικοι τὸν Θρόνον αὐτοῦ, ἀπεδίσχαν αὐτὸν καὶ τοὺς προτι-  
τέρους ἐπ' αὐτὸν. καὶ αὐτὸς μὴ ἔχων ποῦ νὰ καθίσῃ, νὰ  
κάμη θρόνον, ὑπῆγεν εἰς μίαν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ, ἡ ὥοποια ἦτοι  
ἡ Κομώνης, καὶ ἐκεῖ ἔκαμε Θύμόνον, διτὶ τότε ἡ αὐτὴ Κομώ-  
νης εἶχε πλῆθος λαοῦ, ἀρχοντας μεγάλους καὶ ἄλλους χρηπί-  
10 μους ἄνδρας καὶ πλῆθος πολὺ τοῦ λαοῦ. καὶ αὐτὸς ὁ παρα-  
νομώτατος Ἀρσένιος, ζῶντος αὐτοῦ τοῦ γνησίου ἀρχιερέως,  
ἔλαβε τὸν Θρόνον αὐτοῦ μετὰ δυνάμεως τῶν Λατίνων, καὶ  
ἔμοιχεν τὴν ἐκκλησίαν Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ.

\* Άλλὰ ἴδετε καὶ τί χειροτονίαν ἔλαβε. ὁ ἐπίσκοπος καὶ 148  
15 οἱ ἱερεῖς ἔκαμαν αὐτὸν μητροπολίτην. φρέξον ἥλιε, καὶ στέ-  
νυζον ἡ γῆ, εἰς τὴν τοιαύτην παρανομίαν. ὁ μητροπολίτης  
κάμη ἐπίσκοπον καὶ ἱερεῖς κατὰ τὸ ἀρχιερατικὸν ἀξίωμα,  
ὡς διαιλαμβάνονταν οἱ Θεοὶ κανόνες· ἀμὴ ὁ ἐπίσκοπος καὶ οἱ  
ἱερεῖς δὲν κάμνονταν μητροπολίτην. πῶς νὰ γένει ὁ νίος πα-  
20 τέρας ἡ ὁ πατέρας νίος; τοῦτο ἔναι ἀδύνατον καὶ ἀσεβέστατον  
καὶ παρανομώτατον. ἀμὴ ὁ πατέρας κάμνη χρέια νὰ ἔχει τιμὴν  
ῶς πατέρας καὶ κεφαλὴ τοῦ νιοῦ· ὁ δὲ νίος νὰ ἔχει τιμὴν

miserandorum! verus Monembasiae metropolita, qui legitime a sanctissima Christi ecclesia magna ordinatus erat, vivus valensque supererat. huius thronum ut in potestate sna Veneti haberent, et de eo quod liberet facerent, expulerunt tum ipsum tum antecessores ipsius. is ergo non habens ubi resideret, ubi thronum constitueret, in quendam suorum episcopatum se contulit, qui erat in civitate Coronae. ibi posuit sibi thronum, quod tunc ea civitas affluebat multitudine populi, nobilibus et potentibus aliisque praestantibus viris, magna denique ciuum frequentia. ipse vero Arsenius, iniustissimus homo, vivente ipsius germano pontifice occupavit sedem eius, ope Latinorum fretus, ecclesiamque Christi, dei nostri, adulterio inquinavit.

Sed operae pretium est examinare ipsius ordinationem seu declarationem, qualis extiterit. episcopus et sacerdotes ipsum crearunt metropolitam. horresce sol, ingemisce terra, ad istam legum conculationem. metropolita facit episcopum et sacerdotes pro pontificia dignitate et praescripto sacrorum canōnum, non vice versa episcopus et sacerdotes metropolitam. quae est ista perversitas, ut filius in patrem transeat aut pater in filium? fieri hoc non potest, impium est, a legibus abhorret. sed necessitas flagitat ut pater honorem habeat patris et sit caput filii, filius vicissim honore fruatur qui filio

ώς νιὸς καὶ δοῦλος τοῦ πατρός του, καὶ οὐχὶ τὸ ἐναντίον. ὁ πατριάρχης δέ, κατὰ τὸ πατριαρχικὸν ἀξίωμα, ὡς πατὴρ τῶν πάτρων καὶ ὡς ποιμὴν τῶν ποιμένων, μητροπολιτῶν ἀρχεπισκόπων καὶ ἐπισκόπων καὶ παντὸς ἱερωμένουν καὶ κοσμικοῦ ὅλης τῆς οἰκουμένης, καὶ χειροτονεῖ τους μητροπολίτας. καὶ 5 μητροπολίτης μητροπολίτην χειροτονεῖ μετὰ ἐπιτυχοῦς τοῦ πατριάρχου, κατὰ τὴν πατριαρχικὴν ἔξουσίαν καὶ κυριότητα. καὶ ἐπίσκοπος ἐπίσκοπον χειροτονεῖ μετὰ θελήσεως τοῦ μητροπολίτου.

"Ομως, καθὼς ἔλαβεν ὁ αὐτὸς Ἀρσένιος τὸν θρόνον τῆς 10 Μονεμβασίας ἔξω κανόνων, ὡς εἴπομεν, ἐλειτούργει μετὰ τοῦ ἰεροῦ \* συνυδρόνου ὡς μητροπολίτης, καὶ χειροτονίας ἔκαιμε, ἀναγνώστας ὑποδιακόνους διακόνους καὶ ἵερες, καὶ πάντα ὅλα τὰ ἀρχιερατικά. καὶ μαθὼν τοῦτο ἡ μητέρα τῶν ἐκκλησιῶν, ἡ καθολικὴ καὶ μεγάλη, ἀπέστειλαν πρὸς αὐτὸν τίμιον 15 πατριαρχικὸν γράμμα, ἵνα παύσῃ τῆς ἀρχιερατικῆς ὑπηρεσίας ὡς παρανόμως δποῦ ἐχειροτονήθη, καὶ μοιχεύει πνευματικῶς, καὶ ἀυτὸς χειροτονία δὲν ἔλαβεν οὐδὲ χάριν τοῦ παναγίου πνεύματος. ὁ ἐπίσκοπος ἔχει χάριν τοῦ παναγίου πνεύματος καὶ δίδει, ὅταν κάμνῃ ἵερες κατὰ τὸ τοῦ ἐπισκόπου 20 που ἀξίωμα. καὶ ἡ χειροτονία ἔκεινη ἔναι ἄγια καὶ στερεὰ διὰ τῆς χάριτος τοῦ παναγίου καὶ ζωοποιοῦ πνεύματος. ἀμὴ ἐπίσκοπος νὰ χειροτονήσῃ μητροπολίτην ἔναι ἀσεβέστατον καὶ

convenit, et patri subiiciatur suo, non autem contra fiat. patriarcha vero, pro patriarchica eminentia, ut pater patrum sit et ut pastor pastorum, metropolitarum, archiepiscoporum, episcoporum et omnium sacratorum laicorumque per totum terrae orbem. hic ergo creat metropolis, et metropolita metropolitam designat patriarchae permissu, pro potestate et auctoritate quam a patriarcha accepit. sed et episcopus episcopum, metropolita permittente, eodem modo facit. verum institutam narrationem persequor.

Tum itaque thronum Monembasiae Arsenius eo quo diximus modo adeptus, extra canones, sacris operando cum sacro consessu pro metropolita se gerebat: agnóstas designabat, hypodiáconos, diáconos et sacerdotes. omnia denique pontificia munia exequebatur. haec cum rescivisset magna et catholica ecclesiarum mater, missum est ad eum venerabile patriarchicum scriptum, quo interdicebatur ei pontificali administratione, ut qui violatis legibus ordinatus esset et spiritale ficeret adulterium, cum ipse nec ordinationem nec sancti spiritus gratiam accepisset. episcopum habere gratiam sancti spiritus, eamque dare, quando faciat sacerdotes ex episcopica aucto-

μακρὰν ἀπὸ τὸν θεὸν καὶ συγκλήρωσις μετὰ τὸν σαβανᾶν,  
ἔσοντας αὐτῇ ἡ χειροτονία νὰ μηδὲν εἰς αὐτὴν χάρις τελέως  
πιρὸν τοῦ μεγάλου ἀρχιερέως Χριστοῦ, τοῦ θεοῦ ἡμῶν, καὶ  
παρὸν τοῦ παναγίου αὐτοῦ πνεύματος, ἀμὴ ὁργὴ καὶ κατάρα  
5 καὶ εἰς τὸν χειροτονούμενον καὶ εἰς τὸν χειροτονηθέντα.

Λοιπὸν ὁ αὐτὸς Ἀρσένιος, ὡς ἐδέξατο τὸ τίμιον καὶ 149  
προσκυνητὸν γράμμα τὸ πατριαρχικόν, ἀντὶ οὐδενὸς ἔλογί-  
σατο αὐτό· ἀμὴ ἀντέγραψε πρὸς τὴν καθολικὴν μεγάλην  
ἐκκλησίαν σὶς πλάτος ὑβρίζοντα τὸν πατριαρχῆν καὶ τοὺς τι-  
10 μιωτάτους κληρικούς, καὶ ἀτιμίας πολλὰς ἐφλυάρει ὁ τετυ-  
φλωμένος, καὶ δὲν ἐπρόσδραμεν εἰς τὸν ἱερόν, νὰ λάβῃ θε-  
ραπείαν καὶ ἱαρείαν, εἰς τὸν κοινὸν αὐθέντην καὶ δεσπότην,  
τὸν οἰκουμενικὸν πατριαρχῆν, τὴν ἔμψυχον εἰκόνα Χριστοῦ  
τοῦ ἱεροῦ τῶν ψυχῶν καὶ τῶν σωμάτων· ἀμὴ ἔσοντας νὰ  
15 ἐπαρθῇ ἡ χάρις τοῦ θεοῦ ἀπ’ αὐτοῦ καὶ νὰ τὸν ἐκνοεῖσθῃ  
ὁ διάβολος, ἔπειτα εἰς ἀπόγνωσιν, καὶ ἐδιαφένδευεν εἰς τὸν  
έαυτόν του ὅτι καλῶς ἔκαμε.

‘Ως δὲ ἵδεν ὁ πατριαρχῆς μετὰ τῆς ἴερᾶς αὐτοῦ συνόδου  
τὴν ἀναισχυντίαν αὐτοῦ καὶ τὴν παρακοὴν καὶ τὸ ἀπειθές,  
20 ἔπειψαν γράμμα τίμιον πατριαρχικὸν εἰς τὴν Μονεμβασίαν,  
καὶ ἐκάθηραν αὐτόν. καὶ ἵδετε καὶ τὴν ἀπόφασιν τῆς καθαι-  
ρέσεως αὐτοῦ.

ritate. talem designationem esse sanctam et ratam, beneficio et gra-  
tia sancti vivifici spiritus. sed ut episcopus designet metropolitam,  
id vero cum summa impietate coniunctum esse et a deo remotissi-  
mum, consociationem denique cum satana, quandoquidem ad talēm  
ordinationem nulla plane a summo pontifice Christo, deo nostro, et  
sanctissimo eius spiritu accedat gratia, sed ira et execratio tum in  
ordinantem tum in ordinatum.

Hoc venerandum patriarchae et adorandum rescriptum ut accepit  
Arsenius, pro nihilo putavit: sed responsum ad sanctam catholicam  
ecclesiam rescripsit iniuriae et contumeliae plenum, qua in patriarcham  
qua in venerabiles clericos, multa magno cum contemptu in eos  
deblaterans, homo caecus. adeo noluit ad medicum accurrere capi-  
endae medicinae et curationis causa, ad communem omnium domi-  
num, oecumenicūm patriarcham; ad animatam imaginem Christi, tum  
animorum tum cōporum medici: sed cum sémel ei gratia dei adem-  
pta esset, in possessionemque miseri diabolus venisset, in desperatio-  
nem incidit, improbissimum suum factum impudenter defendens.

Patriarcha igitur et sacrum cum ipso concilium, cernentes eius  
impudentiam inobedientiam et inobsequentiam, miserunt sacrum pa-  
triarchicum Monembasiam rescriptum, quo ipsum de throno detraxe-  
runt. cuius sententiae exemplum hic subiecimus

**Παχόμιος**, ἐλέφ Θεοῦ ἀρχιεπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως, νέας Ῥώμης, καὶ οἰκουμενικὸς πατριάρχης· τῇ ἡμῶν συνοδικῷ προκαθημένῃ μετριότητι, καὶ τινῶν συμπαρόντων ἀρχιερέων μετὰ τοῦ ἡμετέρου παντὸς κλήρου, ἀνηνέγχθη περὶ τοῦ παρανόμου νῦν Μονεμβασίας, τοῦ λεγομένου Ἀποστόλη,<sup>5</sup> ὡς τοῖς ἀπανταχοῦ εὑρισκομένοις Χριστιανοῖς, τάχα Λατίνοις δῆθεν χαριζόμενος, προξενεῖ σκάνδαλα καὶ συγχύσεις, καὶ ἀνυποστόλως ἀφορισμοὺς ἐκδενύει κατ' αὐτῶν, μὴ γινώσκων ὃ μάταιος ὅτι αὐτὸς ταῖς ἀποφάσεσι καὶ ἀραῖς τῶν κανόνων ὑπόκειται ὡς παρανόμως καὶ ἔξω κανόνων ἀναξίως<sup>10</sup> προβάς εἰς ὃν νῦν λέγεται εἶναι. καίτοι γε πρώην τὰ κατ' αὐτὸν συνοδικῶς ἐνταῦθα τραχταῖσαντες, τὴν κατ' αὐτοῦ ἀπόφασιν διὰ μόνης ζώσης φωνῆς ἔξενεγκόντες ἥρκεσθημεν.  
ἀλλ' ἐπειδὴ οὐ παύεται πάντα κινῶν λίθον κατὰ τῶν ἑκάστου ὁρθοδόξων, καὶ οὐδόλως βούλεται, κατὰ τὸν Ἰούδαν<sup>15</sup> ἐκεῖνον, ὅποι τυγχάνουσιν, ἵέναι, καὶ ἡ μετριότης ἡμῶν οὕτω συνοδικῶς καὶ ἐγγράφως, ἐνδικώτατα, ὡς συγχιστὴν καὶ σκανδαλοποιὸν κατὰ τῶν ὁρθοδόξων, ἔχει αὐτὸν ἀφωρισμένον ἀπὸ τῆς ἀγίας καὶ ὅμοιουσίου καὶ ἀδιαιρέτου καὶ ἀσυγχύτου τριάδος, τοῦ ἕνος τῇ οὐσίᾳ, τῷ ἀριθμῷ, παντοκράτορος καὶ ὑποστάτου τῶν ὅλων, Θεοῦ, ἐν τε τῷ νῦν καὶ ἐν τῷ μέλλοντι.<sup>20</sup> ὡς δὲ πάλιν ἀναξίως καὶ παρανόμως προβάντα εἰς τὸν τῆς

Pachomius, miseratione dei archiepiscopus Cypoleos, novae Romae, et oecumenicus patriarcha. ad nostram in synodo praesidentem, et quorundam una sedentium pontificum, cum toto clero nostro, mediocritatem relatum est de illegitimo nunc Monembasiae, Apostole nominato: quomodo ubi vis locorum Christianis, studio nimis Latinis gratificandi, praebeat offendicula et perturbationes, nec vereatur excommunicationes evanere contra eos, nolens intelligere vanus homo sese esse illum qui condemnationibus et execrationibus canonum subiaceat, ut qui illegitime spretisque canonibus indigne in locum invaserit, in quo nunc dicitur esse. atqui cum antea causam eius hic synodice tractaremus, sententiam in eum viva tantum voce pronuntiare satis habuimus. sed quia non cessat omnem mouere lapidem, ut officiat singulorum locorum recte sentientibus, nec ullo pacto vult, utpote Iudei imitator, eodem ubi illi sunt ire, ideo mediocritas nostra synodico processu et scripto concepto eum iustissime, ut perturbatorem et scandalorum adversus pios auctorem, separat firmiter, a coniunctione abscissum sanctae consubstantialis individuae et incoufusae trinitatis, unius illius substantiae et numero, omnipotentis cunctarumque conditoris dei, tum in hoc tum in futuro saeculo. rursus eadem mediocritas nostra eundem, ut indigne et conculcatis legibus in pontifica-

Μονεμβασίας ἀρχιερατικὸν θρόνον ἔχει καθηρημένον καὶ γεγυμνωμένον πάσης ἱερωσύνης καὶ ἀρχιερατικῆς ἀξίας τὸ σύνολον. οὗτος ἐν ἀγίῳ ἀποφαινόμεθα πνεύματι. πάντας δὲ τοὺς ἀπανταχοῦ εὐδικομένους ὁρθοδόξους Χριστιανοὺς ἔχομεν εὐλογημένους καὶ συγχωρημένους ἐν ἀγίῳ πνεύματι. μάλιστα δέ, ὅσους δὲ κατάρατος ἐκεῖνος ἡφαρισεῖν, ή μετριότης ἡμῶν τῇ παντοδυνάμῳ ἔξουσίᾳ τοῦ Θείου καὶ ζωαρχικοῦ καὶ παντοκρατορικοῦ πνεύματος ἔχει εὐλογημένους καὶ συγκεχωρημένους καὶ λελυμένους καὶ ἀλευθέρους δεσμοῦ τε καὶ ἐνοχῆς. οὗτος καὶ περὶ τούτων ἐν ἀγίῳ ἀποφαινόμεθα πνεύματι, οὐ αἰτίᾳ πρωτικὴ ἀμέσως ή προσκυνητὴ τοῦ πατρὸς ὑπάρχει ὑπόστασις. διθεν τοῖς ἀπανταχοῦ δηλοποιοῦμεν ὁρθοδόξοις Χριστιανοῖς τὰ κατ' αὐτοῦ, ἵνα μή τις ὅλως αὐτῷ προσέλθῃ ὡς ἵχνος ἔχοντι ἱερωσύνης, μήτε μὴν συγχέοιτο 15 ὅλως τῷ ἐκχεομένῳ ὑπ' αὐτοῦ ἀφορισμῷ. ὃν εἶνεκα καὶ ἡ παροῦσα ἡμῶν ἔγγραφος ἀπόφασις ἐν ἐγκύκλου ἐπιστολῆς ἀπολέλυται εἴδει.

*Εἰχε δὲ καὶ διὰ τῆς τιμίας πατριαρχικῆς χειρὸς τὸ μηνὸν Ιουνίῳ ἴνδικτιῶνος ἥβ.*

20 "Ομως δὲ πατριάρχης δὲν ἔγραψε μόνον ταύτην τὴν καθαίρεσιν τοῦ Ἀρσενίου· ἀμὴ καὶ εἰς τὴν Κρήτην καὶ εἰς

lem Monembasiae sedem progressum, constante sententia inde deiicit et pro deiecto habet, omni prorsus sacerdotio et pontificia dignitate exutum. haec est sententia nostra; quam S. spiritu auctore et approbatore in ipsum pronuntiamus e contrario vero cunctos pios Christianos, ubicunque locorum sunt, benedictione nostra prosequimur, veniamque illis peccatorum damus de voluntate et ope S. spiritus. maxime autem illos, quoscunque execratus iste a communione ecclesiae elecit, mediocritas nostra, omnipotente potestate divini vivisci et omnipotentis spiritus, benedictos censem et veniam consecutos solutosque et liberos vinculo et reatu. hanc sententiam de ipsis etiam, per spiritum sanctum pronuntiamus, cuius causa immediate productrix adoranda patris est hypostasis. unde cunctis, quibuscunque in locis sunt, recte sentientibus Christianis nota facimus quae contra eum egimus, ut ne omnino quisquam ad ipsum accedat tanquam vestigium habentem sacerdotii, neque ullo modo confundatur effusa ab ipso excommunicatione. quibus de causis etiam haec scripta sententia nostra sub communis ad omnes epistolae edita est forma.

Subscriptum quoque veneranda patriarchae manu erat, mense Junio, inductione XII.

Tum patriarcha non tantum hanc Arsenii deturbationem scripsit, verum etiam in insulas Cretam et Cythera aliaque loca Venetorum,

τὴν Κυθηρία καὶ εἰς ἄλλους τόπους τῶν Βενετίκων, ὅποι  
ῆσαν ὀρθόδοξοι, ὥγραφε καθαίρεσιν εἰς τοὺς ἰερεῖς ὃποῦ ἔχει-  
ροτόνησε, καὶ ὅσοι ἔχουν αὐτὸν διὰ ἀρχιερέαν, νὰ εἰναι  
ἀφωρισμένοι. ἐδειδε γάρ ἄδειαν τῶν χειροτονηθέντων ἰερέων  
καὶ διατόνων νὰ ὑπάγουν εἰς ἄλλους ἀρχιερεῖς νομίμους, νὰ 5  
χειροτονήσουν αὐτοὺς δευτέρουν φοράν κατὰ νόμους, ἐπειδὴ  
καὶ ἡ πρώτη δὲν ἦτορ χειροτονία διὰ τὸ εἶναι ἔξω κα-  
νόνων.

151 Λοιπὸν ὡς ἔμαθε τοῦτος ὁ παραβάτης ὅτι τοιοῦτα γράμ-  
ματα ἀπέστειλεν ὁ πατριάρχης κατ' αὐτοῦ, δὲν ἐδυνήθη ἀπὸ 10  
τὴν ἐντροπήν του νὰ σταματίσῃ πλέον εἰς τὴν Μονεμβασίαν  
ἀμὴν ἐμίστευσεν ἀπ' ἑκεῖ ἐν τῷ ὅμα καὶ ὑπῆγεν εἰς τὸν πάντα,  
καὶ ἀνήφερεν εἰς αὐτὸν λόγους σκληροὺς καὶ φοβερούς, καὶ  
εἰς τοὺς καρδηναλίους, ὡς ὅτι οἱ Ῥωμαῖοι τὸν πάνταν ἔχουν  
διὰ αἰρετικὸν, καὶ τοὺς καρδηναλίους. ἀκούσας δὲ τοῦτο ὁ 15  
πάπας, ἤξενόροντα ὅτι αὐτὸς ὁ Ἀρσενίος ἔναι πολλὰ σοφώ-  
τατος καὶ μέλος τῆς ἐκκλησίας τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης,  
ἔγραψε πολλὰ πρὸς τὴν αὐθεντίαν τῆς Βενετίας κατὰ τῶν  
Ῥωμαίων τῶν Χριστιανῶν. καὶ ἔλαβεν αὐτὴν ὁ αὐτὸς Ἀρ-  
σενίος, καὶ τὴν ἥφερεν εἰς τὴν αὐθεντίαν . καὶ ἐγένετο πολλὴ 20  
σύγχυσις καὶ ταραχὴ εἰς τὴν ἐκκλησίαν τῶν Ῥωμαίων εἰς  
τὸν μέγαν Γεώργιον, καὶ ἐκινδύνευσαν πολλοὶ τῶν Ῥωμαίων  
νὰ θανατωθῶν ἀπὸ ἀναγκασίας τοῦ αὐτοῦ Ἀρσενίου. ἀμή,

in quibus pii recteque de religione sentientes degebant, sacerdotum ab illo ordinatorum et illum pro pontifice habentium deiectionem et excommunicationem praescripsit. potestatem vero fecit resipiscentibus sacerdotibus et diaconis conferendi se ad alios, legitime factos, pontifices, qui eos de integro secundum leges ordinarent, quandoquidem illa prior non esset ordinatio, quia extra canones.

Itaque ergo, cum violator iste disciplinae didicisset tales a patriarcha literas contra se missas esse, non potuit amplius Monembasiae prae pudore consistere, sed confestim se inde proripuit, ad papamque profectus exposuit apud eum cardinalesque atrocibus verbis et criminationibus, quid sibi accidisset, addens papam et cardinales haereticos a patriarcha et Graecis censerit. auditis his papa, quod sciret quanta, et quam eximia eruditio Arsenii esset, eumque membrum ecclesiae veteris Romae esse, prolixè ad Venetum magistratum scribit, in Graeciae Christianos invehens. quam epistolam cum ipse Arsenius eo attulisset, accidit magna perturbatio confusioque Graecae ad S. Georgium ecclesiae; ac multi Graecorum in periculum capitum inciderunt, rebus ita vehementer ab Arsenio exacerbatis. verumta-

ώς ἐλογίαζε, δὲν ἐπέτυχε· καὶ ἀπὸ τὸ πικρόν του ἀπέθανεν, ἀμετανόητος, εἰς τὸν ἀφορισμόν· καὶ ὑπῆγεν ἡ ψυχὴ αὐτοῦ ὅπου τοῦ Νεστορίου τοὺς αἱρετικοὺς καὶ τῶν ἐπιλοίπων, καὶ εὑρέθη μετὰ καιρὸν τὸ ἀλειπεῖν αὐτοῦ κορμῆ μαῦρον, 5 τυμπανιαῖον. καὶ ἡτον φόβος καὶ τρόμος, νὰ τὸ ἰδεῖ ἄνθρωπος.

Τοῦτος ὁ σουλτάνος ἐπῆρε τὴν Μεθώνη ἀπὸ σπαθίου, ὅπου τὴν ὅριζαν οἱ Βενέτικοι, καὶ ὀλοντούς τοὺς ἄιδρας, γέροντας καὶ νέους, ἔως δώδεκα χρονῶν. καὶ ὅρισε, καὶ ἔκτισαν 10 δύο πύργους μὲ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν· καὶ φαίνονται ἔως τῆς σήμερον. ἡτον δὲ τότε εἰς τὰς χίλια πεντακόσια ἀπὸ Χριστοῦ γεννήσεως.

Ἐπὶ δὲ τῆς πατριαρχείας τοῦ ἄνω γεγραμμένου κυροῦ Παχωμίου ἀπέθανεν ὁ αὐτὸς σουλτᾶν Παγιαζίτης, βασιλεὺς 15 σας χρόνον τριανταενέα. καὶ ἐπὶ τῆς βασιλείας τούτου ἔγιναν πατριαρχαὶ αὐτοῖς ὅποι τοὺς ὁγράψαμεν ὀπίσω.

Nήφων ὁ Θεοσαλονίκης,  
Διονύσιος ὁ πρώην πατριαρχης,  
Μᾶξιμος ὁ Σερρῶν,  
20 Nήφων ὁ πρώην πατριάρχης,  
Ίωακεὶμ ὁ Δράμας,

men nil eorum quae speraverat obtinuit, sed aegritudine animi vicitus mortuus est, nulla paenitentia acta, in excommunicatione; abiitque anima eius quo Nestorii et aliorum haereticorum. ac repertum est aliquanto post miserabile corpus eius nigrum, ad modum tympani turgeus, ita ut omnes, qui id videbant, terrentur et contremiscerent.

Expugnavit sultanus Baiazita Methonen vi et armis, cum eam Veneti in potestate habuissent; omnemque masculinum sexum, iuvenum virorum et senum, ad usque duodecimum aetatis annum interemit. iussu eiusdem duas turres ibi exstructae imposito praesidio; quae etiamnum hodie cernuntur. erat is annus natu Christi millesimus quingentesimus.

Sub patriarchatu praescripti Pachomii nostri obiit sultanus Baiazita, postquam triginta novem annos regno praefuisse. eo regnante fuerunt patriarchae hi subscripti:

- I. Nipho Thessalonicae metropolita.
- II. Dionysius qui antea patriarcha fuerat.
- III. Maximus Serrarum.
- IV. Nipho iterum.
- V. Ioachimus Dramaæ.

*Παχώμιος δὲ Ζιχνῶν,*

*Τωακεὶμ πάλιν τὸ δεύτερον,*

*Παχώμιος πάλιν καὶ αὐτὸς τὸ δεύτερον.*

*\*Ἐπὶ τῆς πατριαρχείας τούτου τοῦ κύρου Παχώμιου ἀπέ-  
152 θανεν, ὡς εἴπαμεν, ὁ σουλτάνος, ὃντος ἡγον δεύτερος βασι-  
λεὺς. ἔγινε δὲ ὁ νιός αὐτοῦ σουλτάνης Σελίμης. ὅμως ὁ αὐ-  
τὸς πατριάρχης ἐποίμαινε τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Χριστοῦ κα-  
λῶς καὶ θεαρέστως, ἔσοντας νὰ παύσουν τὰ σκάνδαλα, αἱ  
συγχύσεις.*

*\*Ητοιμάσθη δὲ μετὰ ἡμέρας, καὶ ἔλαβε μερικοὺς κληρο-  
κούς, ἵερωμένους καὶ κοσμικούς, καὶ ὑπῆγε τὴν Βλαχίαν καὶ  
τὴν Πογδανίαν. καὶ ἐδέχθησαν αὐτὸν οἱ αὐθένται τοῦ τό-  
που ἐκείνου καὶ οἱ ἄρχοντες καὶ ὅλος ὁ λαὸς μετὰ πάσης  
εὐλαβείας, καὶ ἐφιλοδώρησαν αὐτὸν πολλά. καὶ οὕτως ει-  
λόγησεν αὐτούς, καὶ ἔλαβεν ἄπασαν τὴν συνοδίαν αὐτοῦ, καὶ 15  
ἡρχετον ἐδῶ εἰς τὴν πόλιν. καὶ ὡς ἡλθεν εἰς τὴν Σηλυβρίαν,  
ἐφιστομάκωσεν αὐτὸν ὁ καλόγηρος αὐτοῦ, ὀνόματι Θεόδοσιος,  
ἀπὸ ἀναγκασίᾳ τινῶν κληρικῶν. καὶ ἐν τῷ ἀμα ἄρχησε καὶ  
ἔξενα αἷμα ἀπὸ τὸ στόμα αὐτοῦ, καὶ κάτω ἀπὸ τὸν πάτον  
\* τον ἔτρεχε καθὼς τὸ νερὸν ἀπὸ τὸ σωληνάρη \*. καὶ ὡς 20  
ἴδαν ὅτι ἀπεθάνη, τὸν ἔβαλαν εἰς ἀμάξη καὶ τὸν ἥφεραν εἰς  
τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν. καὶ τῆς ὕδρας ἀπέθανε, καὶ ἔθαψαν  
αὐτὸν ἐκεῖ.*

VII. Pachomius Zichnensis metropolita.

VIII. Iterum Ioachimus.

VIII. Pachomius et ipse denuo patriarcha.

Hoc Pachomio patriarcham agente diem suum obiit, uti dictum, sultanus Baiazita, secundus imperator urbis. successit ei filius Selymes quo tempore idem patriarcha ecclesiam Christi bene pieque regebat, cessantibus offensionibus et dissidiis.

Aliquot dierum spatio exacto, comitatu clericorum, sacratorum et secularium hominum, assumpto Valachiam petiit et Moldaviam. ibi et a proceribus illorum locorum et a nobilibus et toto populo summa cum reverentia exceptus et liberalissime muneratus est. tum benedictionem ipse eis impertitus, cum omni comitatu suo huc in urbem redire intendit. verum quando Selybriam venit, venenum ei monachus familiaris, nomine Theodulus, coactu clericorum aliquot dedit; quod simul ac hausit, superius ex ore sanguinem reiectabat, inferius autem e sede sanguis effluuebat, sicut ex aquaeductu aqua. qui ut morti propinquus erat, in curru positus est et inde in magnam ecclesiam deportatus. quam ut primum attigit, animam efflavit, ibique humatus est.

"Ομως ὁσὰν ἀπέθανε, εὐρέθη ἐδῶ ὁ κύρις Θεόληπτος,  
μητροπολίτης Ἰωαννίνων, ὃ ὅποῖς ἡτον καλόγηρος τοῦ αὐτοῦ  
κυροῦ Παχωμίου. καὶ πρὸν τὰ φθάσοντα οἱ ἀρχιερεῖς  
νὰ γένει σύνοδος, νὰ ψηφίσουν πατριαρχην, ἐδραμεν εἰς τὴν  
5 Ἀδριανούπολιν, ὅποῦ ἡτον ὁ συνταῦ Σελήμης ὁ βασιλεὺς,  
καὶ ἐδωκε τὸ πεσκέποιν, καὶ ἐφίλησε τὸ χέρην του, καὶ τῆς  
ῶρας ἔλαβε μπαράτιον, καὶ ἦλθεν εἰς τὴν καθολικὴν ἐκ-  
κλησίαν.

### ΘΕΟΛΗΠΤΟΣ μητροπολίτης Ἰωαννίνων.

10 Δεῖξας δὲ τοῦτος τὸ βασιλικὸν μπαράτιον, τῆς ὥρας  
ἐκάθισαν ἐπὶ συνόδου ἀρχιερεῖς καὶ κληρικοί, καὶ ἐκαμαν τοὺς  
ψήφους, καὶ τὸ μικρὸν μήνυμα καὶ τὸ μέγα ἐδωκαν. καὶ ὡς  
πατριαρχῆς εἰς τὸν ὑψηλότατον πατριαρχικὸν θρόνον ἐκάθισε,  
καὶ παρὰ τοῦ Ἡρακλείας τὸ δικανίκιον ἔλαβε, καὶ τὴν τοῦ  
15 Χοιστοῦ ἐκκλησίαν ἐποίμαινε.

Λοιπὸν ἐπὶ τῆς πατριαρχείας αὐτοῦ, τοῦ κυροῦ Θεολή-  
πτου, ἀπέθανεν ὁ αὐτὸς συνταῦ Σελήμης, βασιλεὺς τρίτος,  
καὶ ἔγινεν ὁ νιός, συνταῦ Σουλειμάνης, βασιλεὺς. καὶ ἐπὶ<sup>20</sup>  
τῆς βασιλείας αὐτοῦ, τοῦ συνταῦ Σελήμη, ὅποῦ ἔζησε χρό-  
νους ὅκιώ ἡμισυ, ἄλλος πατριαρχῆς δὲν ἔγινε, μόνον ὁ αὐτὸς  
κύρις Θεόληπτος.

Eo tempore quo mortuus fuit, aderat Ioanninorum metropolita,  
cui nomen Theoleptus; qui apud praedictum Pachomium monachus  
vixerat. hic, priusquam concilio congregarentur pontifices patriarchae  
creandi gratia, Adrianopolin pervolavit, ubi tunc sultanus Selimes  
erat; cui, pescesio dato, manum osculatus est. a quo continuo con-  
firmationem potestatemque accepit; indeque ad magnam se ecclesiam  
restitulit.

### XVIII. P. THEOLEPTUS, metropolita Ioanninorum.

Postquam regias literas monstravit, statim in synodo considentes  
antiastites et clerici suffragari cooperunt. ipse dehinc, utraque denun-  
tiatione accepta, patriarchica functione in se translata augustissimam  
sedem concendit; ab Heracleensi pastorale pedum accepit; eccl-  
esiā Christi pascere occēpit.

Ceterum hoc patriarcha sedente e vivis excessit Selimes, tertius  
urbis rex; quem in regno filius Suleimanus exceperit. nec sub regno  
Selimae, qui octo et dimidiatum annos regnavit, alias prasterquam  
Theoleptus patriarcha fuit.

153 Βασιλεύοντος δὲ τοῦ αὐτοῦ σουλτᾶν Σουλειμάνη ἐκατηγόρησαν τὸν αὐτὸν πατριάρχην εἰς ἐγκλήματα σαρκικά, καὶ ἐγένετο σύγχυσις μεγάλη ἐν τῇ καθολικῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ. καὶ συνόδου γενομένης παρὰ τῶν τιμιωτάτων κληρικῶν περὶ τούτου ἀπέφηναν ἵνα ζητήσωσιν ὄρισμὸν παρὰ τοῦ σουλτάνου, νὰ συνάξουν ἀρχιερεῖς, νὰ δέξεται χρῆσιν αὐτῇ ἡ ὑπόθεσις τῆς κατηγορίας τοῦ πατριάρχου, ἢ ἀληθὲς εἴναι· ἢ ψέματα, ὅτι καὶ οἱ κατήγοροι καὶ οἱ μάρτυρες ἀξιόπιστοι ἦσαν. λοιπὸν ὡς ὑπῆγαν οἱ κληρικοὶ εἰς τὸ βασιλεικὸν διβάνη, ἔλαβαν τὸν ὄρισμόν. καὶ ὡς ἡτοίμαζαν νὰ στείλουν, νὰ συνάξουν τοὺς ἀρχιερεῖς, ἐκάθηρεν αὐτὸν ἔξαιρην διὰ τῆς θείας σπάθης αὐτοῦ ὁ μέγας ἀρχιερεὺς τῶν ἀρχιερέων, Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν καὶ βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων, ὁ γινώσκων τὰ κρυπτὰ τῶν ἀνθρώπων, δικαίων καὶ ἀμαρτιωλῶν. καὶ ἀποδίδει ἐκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ καὶ ἐπεσεν ὁ πατριάρχης εἰς βαρέαν ἀσθένειαν, καὶ ἔξαιρην ἀπέθανε. ἡτον δὲ τότε ἐν \* συντομίᾳ, ὅταν ἔλαβε τὴν βασιλείαν ὁ αὐτὸς σουλτᾶν Σουλειμάνης. καὶ ὡσὰν ἀπέθανε, ἔθαψαν αὐτὸν ἔξωθεν τῆς παμμακαρίστου, πλησίον τοῦ πρώην πατριάρχου, κυροῦ Παχωμίου· καὶ φαίνονται τὰ μνήματα αὐτῶν ἔως τῆς σήμερον.

*Kai ὡσὰν ἀπέθανε τοῦτος ὁ πατριάρχης, ἐσυνάχθησαν μερικοὶ ἀρχιερεῖς, καὶ ἐκαμαν ψήφους συνόδου γενομένης εἰς τὸν Σοφίας.*

Imperante autem sultano Suleimane accusatus est hic patriarcha libidinis nomine; catholicaeque ecclesiae magnum inde offendiculum et perturbatio accidit. synodo dein huius rei causa a reverendis clericis advocata, decretum est a sultano facultatem esse petendam ut pontifices ob inquirendum de ctiminatione patriarchae congregentur, verumne an falsum dixerint et accusatores et testes, quia utriusque viri fide digni erant. euntes igitur clerici in regium senatum mandatum et potestatem inde extulerunt. cumque nuntios pararent quos acciendorum pontificum causa emitterent, deturbavit illum subito, divino gladio suo, sumimus omnium pontificum, Christus deus noster et rex regum, qui novit occulta hominum, tum iustorum tum peccatorum, et unicuique praemia pro factis suis persolvit. incidit enim patriarcha in gravem morbum et repentina expiravit. factum est hoc brevi post quam regnum adeptus esset Suleimanes. et ut mortuus est, sepeliebant eum extra pammacaristæ, prope priorem patriarcham Pachomium; ubi amborum sepulcra etiam nunc hodie visuuntur.

Congregati a morte eius aliquot pontifices, synodo sedente, Sophiae antistiti suffragati sunt.

## IEPEMIAΣ μητροπολίτης Σοφίας.

Ψηφισθεὶς τοῦτος πατριάρχης παρὰ τῶν ἀρχιερέων καὶ τῶν κληρικῶν καὶ παρὰ πάντων τῶν Χριστιανῶν, ἔδωκαν αὐτοῦ τὸ μικρὸν μῆνυμα, καὶ τὸ μέγα μετὰ τὴν τελείωσιν τοῦ 5 ἑσπερινοῦ· καὶ τὴν ἐνύχαριστιάν ποιήσας ἐλαβε τὸ δικαίουν παρὰ τοῦ μητροπολίτου Ἡρακλείας, ὡς ἔναι τάξις καὶ νόμος, καὶ ἐπὶ τοῦ πατριαρχικοῦ ὑψηλοτάτου θρόνου ἀναβὰς τὸν τοῦ κυρίου λαὸν εὐλόγησε καὶ εὐχήθη. ὅμως ἔκαμεν εἰς τὸν πατριαρχικὸν θρόνον καιρὸν ἵκανόν, καὶ ἡγαπήθη πολλὰ 10 ὑπὸ ἱερωμένων καὶ κοσμικῶν, ὅτι ἡτον πολλὰ ταπεινός καὶ εἰρηνικός.

Ἡβουλήθη δὲ νὰ ὑπάγῃ εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα εἰς προσκύνησιν τοῦ ζωοδόχου τάφου τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἐτζη ἡτοιμάσθη, καὶ ἐπῆρε μετ' αὐτοῦ κληρικοὺς καὶ διακόνους καὶ καλογέρους ἴδιωτας \*. καὶ ὑπῆγαν εἰς τὴν Κύπρον μὲ καρδιάθη, καὶ εὐγῆκαν ἐξω εἰς τὸ νησί. καὶ εὐρισκομένον αὐτοῦ τοῦ πατριάρχου μετὰ τῆς συνοδίας αὐτοῦ ἐκεῖ, σκάνδαλον ἀνὰ μέσον αὐτῶν ἔγινε, καὶ ἐτζη μερικοὶ κληρικοὶ 154 ἀφῆκαν τὸν πατριάρχην ἐκεῖ, καὶ αὐτοὶ ἐμπῆκαν εἰς καράβη, 20 καὶ ἥλθαν εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν. ὁ δὲ πατριάρχης ηὔρε καράβη εἰς τὴν Κύπρον καὶ ἐπέρασε καὶ εὐγῆκεν εἰς τὴν στεψέαν, καὶ ὑπῆγεν εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα μέσου, καὶ τὸν ἄγιον

## XIX. P. HIEREMIAS, metropolita Sophiae.

Hic cum suffragiis ornatus esset patriarcha tum pontificum tum clericorum tum cunctorum Christianorum, data est ei minor significatio, et deinde vespertino peracto maior. cumque gratias egisset, pedum ab Heracleensi metropolita veteri instituto et lege accepit. tum altissimo patriarchico solio consenso, populo domini benedixit et precatus est. inde administrationi summae praefuit satis diu, carus habitus et a sacri et a laici ordinis hominibus propter summam modestiam suam studiumque pacis.

Statuit autem adire Hierosolymam ad sepulcrum, in quo vita fons iacuerat, dominus noster Iesus Christus, adorandum; rebusque profactioni necessariis comparatis, secum clericos et diaconos et monachos non consecratos duxit. nivarunt inde in Cyprum, inque insulam egressi sunt. ibi cum patriarcha una cum comitatu suo esset, dissensio inter ipsos exorta est. unde accidit ut non nulli clericis, reliquo ibi patriarcha, navi concensa redierint Cpolin. at patriarcha navim in Cypro nactus, traiectus, in terram ex-

τάφον τοῦ Χριστοῦ ἐπροσκύνησε καὶ δλοντος τοὺς ἀγίους τόπους, καὶ ἔλαβε μεγάλην χαράν, ὅπου ἡξιώθη τοιαυτῆς χαρᾶς. οἱ δὲ κληρικοὶ ὡς ἥλθαν εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν, ἔμαθαν τινὲς τῶν ἀρχιερέων τὸ ἔλθιμον αὐτῶν, ὅπου ἐγύρησαν σκανδαλισμένοι ἀπὸ τὸν πατριαρχην. ἐκαβαλίκευσαν τῆς ὥρας καὶ<sup>5</sup> ἥλθαν εἰς τὸ πατριαρχεῖον, καὶ μετὰ τῶν κληρικῶν καὶ μετὰ τῶν ἀρχόντων ὄμιλοςαν καὶ ἐσυμφώνησαν κατὰ τοῦ πατριαρχοῦ, καὶ σύνοδον ἔκαμαν νὰ τὸν εὐγάλονν ἐκ τὸν πατριαρχικὸν θρόνον. καὶ ἔτζη ὑπῆγαν καὶ ἔκαμαν ἐπανεύασιν εἰς τὸ χαράτζιον, φλωρία πεντακόσια· καὶ ἔγιναν ὄμοιοι χιλιάδες<sup>10</sup> τέσσαρες, διότι τρεῖς ἡμισυν χιλιάδες φλωρία ἦτον ἀπὸ τοὺς πρώτους πατριαρχας, καθὼς φαινεται ὅπιστω ἐγγράφως ποῖος καὶ ποῖος ἔκαμε ἐπανεύασιν. ὡς δὲ ἔκαμαν τὴν ἐπανεύασιν, τὰ πεντακόσια φλωρία, οἱ ἔχθροι τοῦ αὐτοῦ κυροῦ Ἱερεμίου, ἐκάθισαν ἐπὶ συνόδου ἀρχιερεῖς καὶ κληρικοὶ καὶ τινὲς τῶν<sup>15</sup> ἀρχόντων ὀλίγοι, καὶ τὸν Σωζοπόλεως πατριαρχην ἔκλεξαν.

### ΙΩΑΝΝΙΚΙΟΝ τὸν Σωζοπόλεως.

‘Ως γάρ ἔκλεξαν τοῦτον, ἐν τῷ ἅμα καὶ τοὺς ψήφους ἔκαμαν, καὶ τὸ μικρὸν μήνυμα καὶ τὸ μέγα τοῦ ἔδωκαν, καὶ εἰς τὸν πατριαρχικὸν θρόνον τὸν ἐκάθισαν μετὰ πολλῆς βίας,<sup>20</sup>

scensum fecit Hierosolymamque iniit. ibi sanctum Christi sepulcrum adoravit ceteraque sancta loca, et singularem voluptatem cepit, quod tanta ipsum gratia deus dignatus esset. enimvero clericu ut redierant ad magnam ecclesiam, resciverunt quidam de pontificibus redditum eorum: eos propter dissidium cum patriarcha rediisse. equitantes itaque eodem tempore in patriarcheum venerunt, cum clericisque et primoribus collocuti adversus patriarcham conspirarunt, et synodus eius e throno eiendi causa confluunt. hoc consilio perrexerunt et accessionem ad tributum fecerunt, aureos quingentos, ita ut summa toto fieret quattuor milium. antea enim tria et dimidiatum ducatorum, iam inde a primis patriarchis pedetentim procedendo, fuerant, quemadmodum in retro scriptis appetat, quinam alio atque alio tempore amplificationem induxerint. additione illorum quingentorum ab inimicis Hieremiae facta, considentibus in concilio pontificibus et clericis ac de nobilitate paucis quibusdam, Sozopolitanus electus est.

### XX. P. IOANNICIUS Sozopoleos metropolita.

Post electionem huius statim ad suffragationem itum est, indiciumque tum minus tum maius ei factum. tum in patriarchicum

φοβούμενοι μηπως καὶ ὁ κύρις Ἱερεμίας πετάξῃ ὡς ἀετὸς καὶ ἔλθῃ εἰς τὸν Θρόνον αὐτοῦ, καὶ δὲν φθάσουν νὰ κάμουν τὸν ὑποψήφιον αὐτῶν. ἀμὴ τὸ πλῆθος τῶν εὐσεβῶν καὶ εὐλαβῶν Χριστιανῶν, τῆς τε πόλις καὶ τοῦ Γαλατῶν, οὐδένας 5 ὑπῆγε νὰ τὸν ἰδεῖ ἢ νὰ τὸν ἐπροσκυνήσῃ· μόνον αὐτοὶ διοῦ τὸν ἔκαμαν, καὶ οὐχὶ ἄλλος. καὶ ὡς ἔβλεπε ταύτην τὴν καταδίκην ὁ ἀλεεινὸς Ἰωαννίκιος, διοῦ ἐκαθέζετον εἰς τὸν πατριαρχικὸν Θρόνον, καὶ τινὰς δὲν ὑπῆγενε νὰ τὸν ἐπροσκυνήσῃ ὡς πατριάρχην, ἀλλ’ ὑβριζαν αὐτὸν καὶ ἀναθεμάτιζαν, 10 καὶ ἐλυπεῖτο πολλὰ πολλά, οὐχὶ μόνον αὐτός, ἀμὴ καὶ ὅλη ἡ συνοδία αὐτοῦ· καὶ ἔκλεγαν μεγάλως τὴν καταδίκην διοῦ 155 ἔμελλε νὰ ἔλθῃ εἰς αὐτούς.

“Ομως ὁ πατριάρχης κύρις Ἱερεμίας, ὡς εὐρίσκετον εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα, ἄκοντε περὶ αὐτοῦ τοῦ ἐπιβάτου καὶ παρα-  
15 νόμου Ἰωαννικίου τὴν ἐπανεύασιν διοῦ ἔκαμε, καὶ τὸν εὐγα-  
λεν ἐκ τοῦ πατριαρχικοῦ Θρόνου αὐτοῦ, καὶ τὸν ἔλαβεν αὐ-  
τός. καὶ ἔτζη ἡνώθησαν διοῦ οἱ τέτταροι πατριάρχαι, καὶ  
ἔλειτούργησαν, καὶ μετὰ τὴν λειτουργίαν ἀφώρισαν αὐτόν,  
τὸν κακῶς γενάμενον πατριάρχην, καὶ δοσοὶ ἐγνωμοδότησαν,  
20 καὶ ἔγινε. λοιπὸν οἱ πατριάρχαι ποιήσαντες ἐκεῖ, εἰς τὰ Ἱε-  
ροσόλυμα, ἡμέρας τινὰς μετὰ τοῦ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου,  
κυροῦ Ἱερεμίου, ὑπῆγαν εἰς τοὺς Θρόνους αὐτῶν. ὁ δὲ αὐ-  
τὸς κύρις Ἱερεμίας, ὁ πατριάρχης, ἤρχετο διὰ γῆς, ἥγονυ τῆς

thronum festinanter ascendere coactus, metuentesibus ne Hieremias in-  
star aquilae revolaret et thronum suum reciperet, priusquam ipsi suum  
patriarcham constituisserent. verum de piorum et reverentiam numinis  
honestatisque habentium grege, tum urbicorum tum Galatanorum,  
nemo illius videndi aut honorandi causa accessit, sed tantum qui  
ipsum evexerant, nec aliis quisquam. huiusmodi condemnationem  
sui cum cerneret Ioannicius, ille miser patriarchi throni occupator,  
a nemine ad se accedi, nec se patriarchico honore affici sed contumeliis incessi et diris devoveri, valde magnum dolorem cepit. nec  
ipse solum, sed et omnes gregales ipsius; et vehementer propter su-  
perventuram sibi condemnationem flebant.

Tunc patriarcha Hieremias, Hierosolymis adhuc versans, au-  
divit de illegitima Ioanniciei concensione et tributi aggravatione  
thronique ab illo, se deiecto, occupatioue. proinde in unum  
collecti quatuor patriarchae liturgiam obierunt; post quam repti-  
tum patriarcham e piorum coetu exterminarunt, et omnes illos quo-  
rum suffragiis sedem rapuerat. deinde, aliquot diebus Hierosoly-  
miae apud oecumenicum patriarcham Hieremiam consumptis, singuli  
thronos suos repetivere. at ipse Hieremias terra cum suo comitatu

στερέας, μετὰ τῆς συνοδίας αὐτοῦ εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν, ἵδεῖν τὸ τέλος. καὶ ὡς ἐπλησίασε ταῦτα τὰ μέρη, ὑπήντησε τὸν καλὸν Πραιπασιᾶ, καὶ τὸν προσεκύνησε· καὶ ἔχασ-  
ρετισθησαν, ὅτι ὁ πασιᾶς ἥγάπα αὐτὸν πολλά. καὶ αὐτὸς ὁ  
πασιᾶς ὑπήγενεν εἰς τόπον, ωὐ κάμη ἐξέτασιν εἰς μεγάλας 5  
ὑποθέσεις· καὶ εἶπε τοῦ πατριάρχου ὅτι σῆμε εἰς τὸν Γα-  
λατᾶν, καὶ καθέζου, ἔως ωὐ ἐλθω ἐγώ, ωὐ σοῦ δώσω τὸν τό-  
πον σου. καὶ ἔτη τὸν ἀποσκύνησε, καὶ ὑπῆγεν εἰς τὸν Γα-  
λατᾶν, εἰς τὸν γυὸν τῆς Χρυσοπηγῆς, καὶ ἐκάθισε. καὶ ὡς  
τοῦ θαύματος, ὡς τὸ ἄκουσεν ὁ λαός, ἔδραμε. καὶ τόσον 10  
πλῆθος λαοῦ ἦτον ὅτι τρεῖς ἡμέρας ἔτρεχαν καὶ ἐφίλουν τὴν  
ἄγιαν χεῖναν αὐτοῦ. ὡς δὲ ἥλθεν ὁ πασιᾶς καὶ ἐκάθισεν εἰς τὸ  
διβάνη, εὐγῆκεν δῆλος ὁ λαός, καὶ ἐφώναζαν μεγάλη τῇ φωνῇ  
“σουλτάνε μου, τὸν παράνομον πατριάρχην Ἰωαννίκιον δὲν  
θέλομεν εἰς τῆς ἀκκλησίαν μας· μόνον τὸν πρῶτον θέλομεν, 15  
δοῦν ἔγινε κατὰ τὸν νόμον μας καὶ κατὰ τὴν πίστιν μας.”  
καὶ ἔτη τὸ ἔκαμεν ὁ πασιᾶς ἀριζη τοῦ βασιλέως· καὶ δρι-  
σεν ὅτι ωὐ γένει τὸ θέλημα τοῦ λαοῦ. ἀληθῶς ὁ πρῶτος  
πατριάρχης ωὐ στέρξῃ τὰ πεντακόσια φλωφία, δοῦν ἔβαλε  
περισσότερα ἀπάνω εἰς τὸ χαράζη ὁ ἄλλος πατριάρχης. ἐπὶ 20  
τὴν αὔριον δὲ ἐκάθισεν ὁ πασιᾶς εἰς τὸ διβάνη, καὶ ὑπῆγαν  
καὶ οἱ δύο πατριάρχαι καὶ δῆλος ὁ λαός. τότε ἐξεφώνησεν ὁ  
πασιᾶς τὴν ἀπόφασιν τοῦ βασιλέως. καὶ ὡς ἄκουσεν ὁ κύ-

Cpolin versus rediit, videndi exitus causa. quo postquam appropinquavit, obutam fit bono Ebraimo bassae, eum salutans honorat, inter se  
gratulantur: carus enim admodum bassae erat. proficiscebatur tum  
hic in quandam locum ob magna negotia exequenda. tunc inquit ad  
patriarcham "vade Galatam. ibi praestolare, donec redeo. tunc te  
in locum tutum restituam." patriarcha cum ei reverenter gratias  
egisset, Galatam abiit, et ad templum Chrysopoeiae commoratus est.  
hoc ubi populus rescivit (o rem miram), concurrit; idque tanta fre-  
quentia ut triduum in osculanda sancta manu eius absumperit. bassa  
reverso et pro tribunali sedente cunctus domo exiens accessit popu-  
lus, ac clamore sublato dixit "domine noster, istum perperam factum  
Ioannicum nolumus in ecclesia nostra ferre: sed illum priorem re-  
poscimus, qui secundum leges nostras et fidei nostrae convenienter  
factus fuit." voluntate hac populi ad regem relata fieri is iussit hoc  
eorum postulatum, ea duntaxat condicione adiecta, ut antecessor pa-  
triarcha penderet illos quingentos aureos quos tributo addidisset eius  
successor. postero die bassa in publico loco sedens, postquam eo  
venissent ambo patriarchae cunctusque populus, sententiam regis clara

φις Ἱερεμίας. ὅτι νὺ στέρεξη τὴν ἐπανεύασιν, εἶπεν ὅτε δγὸς τούτῳ δὲν στέργω, μόνον κάμνω παραίτησιν. ὁ δὲ εὐσεβῆς 156 λαός, ὃς ἀκούσαν τοῦτο, ἔδραμαν καὶ ἐφίλησαν τὸ ποδάρη τοῦ πασιᾶ, καὶ ἐστερέξαν τὴν ἐπανεύασιν, μὴ θέλοντος τοῦ δ αὐτοῦ κυροῦ Ἱερεμίου. καὶ ἔτι τὸν ἄρπαξαν καὶ τὸν ὑπῆγαν καὶ τὸν ἐκάθισαν εἰς τὸν πατριαρχικὸν θρόνον, μετὰ τοῦ μεγάλου τζαούση τοῦ βασιλέως. καὶ ἔγινε χαρὰ μεγάλη εἰς τὴν πόλιν καὶ εἰς τὸν Γαλατῶν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, ὅτι ἐπινήγυρισαν σὺν τοῖς πλησίον χωρίοις.

10

### • IEPEMIAΣ πάλιν δ πατριάρχης.

Ως ἐκάθισε τὸ δευτερον εἰς τὸν ὑψηλότατον πατριαρχικὸν θρόνον, τοὺς μὲν ἡγαπημένους αὐτοῦ ἀγάπα περισσοτέρως, ταὺς δὲ ἐχθροὺς ἔκαμε φιλους καὶ ἐσυγχώρησεν αὐτῶν· καὶ ἐκάρετον δ κόσμος, ὅτι, ὃς ἐγράψαμεν, ἦτον ἀνθρωπος 15 εἰοηγικὸς καὶ ταπεινός. τὸν δὲ πιράνομον πατριάρχην, αὐτὸν τὸν Ἰωαννίκιον, ἀπεδίωξαν ἀπὸ τὴν πόλιν, καὶ ὑπῆγε κατηγχυμένος καὶ ὑβρισμένος καὶ ὀνειδισμένος καὶ ἀναθεματισμένος παρὰ πάντων τῶν ὁρθοδόξων Χριστιανῶν. καὶ εἰς ὅλιγον καιρὸν ἀπέθανε κακῶς καὶ ὀδυνηρῶς, καὶ εὑρέθη 20 ἀφωρισμένος τυμπανιατός, ἔσοντας δοῦλον ἀφωρίσθη παρὰ

voce recitavit. at Hieremias, auditio standum esse illo tributi auctu, respondit "non accipio ego istam condicione, sed patriarchatu potius abeo." verum enimvero populus, auditio hoc, pro pietate sua accurrens deosculatur pedes bassae; anctarium approbat, quantumvis reclamante Hieremia. ita eum rapiunt, abducunt, in patriarchico throno locant, comitante magno regis tzausche, magna tunc laetitia et gratulatione, tum per urbem tum Galatae, die illo exorta; die festo non modo ab ipsis sed etiam a vicinis locis solemnis ceremoniis acto.

### XXI. P. HIEREMIAS pristino honore restituto.

Posteaquam ergo hic in sublimi throno resedit, amicos quidem suos maiore caritate complexus est, inimicos vero leniens amicos sibi reddidit, venia eis data; gratulatique sunt sibi homines de virtute eius, quod is esset, ut scripsimus, homo paci deditus et humilitate modestiaque animi conspicuus. illum autem suppositicum patriarcham Ioannicum civitate expulerunt; qui pudefactus discessit, probris contumeliis anatheinatica execratione omnibus piis inoessentibus. nec multo tempore post malus male et cum dolore periit; anathematique constrictus deu tympanum inflatus repertus est, quandoquidem a

τῶν τεσσάρων πατριαρχῶν ὡς παράνομος, καὶ ἐκολάσθη ὁ ταλαιπωρος.

'Αφ' οὗ γὰρ ἔλαβε τὸ δεύτερον τὸν πατριαρχικὸν θρόνον ὁ αὐτὸς κύρις Ἱερεμίας, ἕγινε μεγάλη σύγχυσις καὶ ταραχὴ εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν καὶ εἰς πάντας εὐσεβεῖς, ἵε-5 ρωμανούς καὶ κοσμικούς, ἔσοντας ὅπου ἐσυνάχθησαν ὅλοι οἱ γραμματικοὶ καὶ σοφοὶ τῶν Τουρκῶν, ἔχοντας εἴδησιν ἐγγράφως εἰς τὰ χαρτία αὐτῶν διε αὐτῇ ἡ Κωνσταντινούπολις ἐπάρθη ἀπὸ σπαθίου παρὰ τοῦ σουλτᾶν Μεχεμέτη· καὶ εὑγαλαν φεῖτιφᾶν \* διτι, ὅποιον κάστρον ἐπάρθη μὲ τὸ σπαθῆ, 10 χωρὶς νὰ προσκυνήσῃ, εἰς αὐτὸ τὸ κάστρον ἐκκλησίᾳ Ῥωμαϊκῇ νὰ μὴ δὲν ψάλλεται, οὐδὲ νὰ ἔναι· μόνον νὰ τὰς χαλάσσον ἐκ βάθρων γῆς. εἶχαν δὲ τοῦτον τὸν φεῖτιφᾶν οἱ Τουρκοι κεκρυμμένον, ἔσοντας ὅπου ἡσαν βεβαιωμένοι τὸν ἐπαρμὸν τῆς πόλις, ὅπου ἔκοψαν τὸν βασιλέαν καὶ ὅλον τὸν 15 λαόν, καὶ ἐπάρθη ἀπὸ σπαθίου, ὡς εἴπαμε. καὶ ἡσαν ἡτοι μασμένοι νὰ δράμονν μιᾶς ἡμέρᾳ νὰ χαλάσσον τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν καὶ τὰς ἄλλας, ὃσας εὐνύσκονται ἐδῶ μέσα εἰς τὴν πόλιν, κατὰ τὴν ἀπόφασιν τοῦ φεῖτιφᾶν καὶ τοῦ δρισμοῦ 157 τοῦ βασιλικοῦ. ὁ δὲ ἄρχων ὁ Ξενάκης εἶχε μεγάλην φιλίαν 20 μετὰ τοῦ τότε καδδηλεσκέρη, καὶ ὑπῆγεν ὁ αὐτὸς ἄρχων νὰ προσκυνήσῃ αὐτὸν, ὡς εἶχε συνήθειαν κατὰ ἡμέρας, νὰ μηδὲν λείπῃ ἀπ' αὐτοῦ μετὰ πάσης δουλοσύνης. καὶ ὡς ὑπῆγε, τοῦ λέγει

quattuor patriarchis, propter iniquitatem suam, ecclesiae consortio spoliatus fuerat. ita poenas merito suo dignas miser dedit.

Illa tempestate qua ius throni sui receperat hic Hieremias, accidit magna perturbatio confusioque magnae ecclesiae et omnibus piis, tum consecrati tum profani, ordinis. omnes enim literis eruditii et docti Turcarum convenerant, notitiam certam ex scriptis suis habentes, urbem hanc Constantini armis et vi expugnatam a sultano Mechmeto fuisse. proinde legem exhibuerunt: quaecunque civitas, deditione recusata, vi expugnata esset, in eius civitatis nulla ecclesia Graeca sacris operandum, imo ne ecclesiam quidem talem ibi relinquendam esse, sed deiiciendam et a fundamentis evertendam. habuerunt eam legem Turcae occultam, cum quidem de expugnatione urbis certi essent: imperatorem et populum cunctum caesum esse, ipsamque urbem, ut diximus, ferro expugnatam. itaque patati erant certo die concurrere, et magnam ecclesiam ceteraque urbis huius templo cuncta ex tenore legis illius demoliri et everttere. interim primarius e nobilitate vir, Xenaces, apud eius temporis quae sitorem iudicium seu doctorem legis summum (caddilesceren appellant) gratiosus erat. is tunc adiut eum pro observantia sua salutandi causa, si-

“ηξενρε ὅτι εἰς ήμέρας πέντε ὅλας φας τὰς ἐκκλησίας καὶ τὸ πατριαρχεῖον χαλοῦν ἀπὸ τὰ θεμέλια, ὅτι φεῦτιφᾶς εὐγῆκε, κάστρον, ὅπου νὰ πολεμοῦν καὶ νὰ τὸ νικήσουν μὲ τὸ σπαθῆ τους, ἔκεῖ ἐκκλησία ‘Ρωμαϊκὴ νὰ μηδὲν ἔναι τελείως, οὐδὲ 5 νὰ εὑρίσκεται.’” ἀκούσας δὲ τοῦτο ὁ Ξενάκης, ἥλλοιωθη ἡ ὄψις τοῦ προσώπου αὐτοῦ, καὶ σγίνετο ὡς νεκρός, καὶ ἔτρεμε. προσκυνήσας δὲ τὸν καδδηλεσκέρη εὐγῆκεν ἀπ’ αὐτοῦ, καὶ ἥλθεν εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν, καὶ ἀνέβη εἰς τὸν πατριάρχην μετὰ πολλῶν δακρύων, καὶ δὲν ἐδύνετο νὰ διμιλήσῃ 10 καὶ ὁ πατριάρχης ἤρωτα αὐτὸν “τί ἔναι ἡ λύπη σου καὶ τί τὸ δάκρυον;” καὶ μετὰ ὥρας τοῦ λέγει “φεῦτιφᾶς καὶ ὅρισμὸς εὐγῆκε τοῦ βασιλέως, ὅτι, ἐπειδὴ ἡ πόλις ἐπάρθη ἀπὸ σπαθίου μὲ πόλεμον, ὅλας τὰς ἐκκλησίας τῶν Χριστιανῶν νὰ χαλάσουν, ὅπου εἶναι μέσα.” ἀκούσας δὲ τοῦτο ὁ πατριάρχης, ἥλθε μέγας φόβος καὶ τρόμος εἰς αὐτόν, καὶ ἐκατέβενεν δὲ ἵδρος τοῦ προσώπου αὐτοῦ ὕσπερ βροχὴ ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ εἰς τὴν γῆν. καὶ τῆς ὥρας ἐκατέβη κάτω ἀπὸ τὸ θεῖον κελλίον αὐτοῦ, καὶ ὅρισε, καὶ ἀνοιξαν τὴν ἐκκλησίαν. καὶ ἐμπροσθεν τῆς εἰκόνος τῆς παμμακαρίστον ἐστάθη, καὶ παρα- 20 κλησιν ἐκ ψυχῆς μετὰ δακρύων ἔψαλε, καὶ τὴν παμμακαρίστον ἡσπάσθη. καὶ οὕτως ἐξέβη ἐκ τοῦ ναοῦ, καὶ τὸ μολάριον ἐκαβαλίκευσε, καὶ μετ’ αὐτοῦ τοῦ ἄρχοντος τοῦ Ξενάκη

cut hoc in more sibi posuerat, ut citra praetermissionem quotidie hic, summa cum subiectione et studio, faceret. ad quem cum venisset, infit ei Turca, “scin’ quid futurum sit? die post hodiernum quinto omnia vestra tempa atque ipsum adeo patriarcheum a fundamentis destruentur, lex enim exiit, quaecunque civitas oppugnata ferro capta sit, in ea Graecam ecclesiam omnino nullam relinqu nec extare debere.” hoc auditio immunitatus est color faciei optimo viro: exalbuit ad instar mortui, tremuit totus. valere dein iusso quaesitore discessit, venitque in magnam ecclesiam ad patriarcham, multis obortis lacrimis. ascendit, nec verbum prae maerore proloqui potuit. patriarcha eum interrogare quid aegritudinis esset, quid sibi lacrimae vellent. tum hic post moram “edictum” inquit “a rege profectum est, quoniam haec urbs vī et malo expugnata sit, omnes quae in ipsa reperiantur ecclesias Christianas deiiciendas et delendas esse.” patriarcha ubi hoc audivit, ingens ipsum metus et tremor incessit: sudor de facie eius admodum cadentis ex aere in terram imbris defluit. exemplo igitur e sancta cella sua descendit templumque aperiiri iussit. tum ante pammacaristae beatissimae virginis imaginem stetit; preicationem ex intimo animae cum lacrimis fecit; sacratissimam illam complexus salutavit. inde templo egressus, mula sua con-

Μετὰ τοῦτον λαμβάνει τὴν βασιλείαν Βαϊάζετ τοῦ Μουράτη ὁ νιὸς εἰς τὰ 1389. οὗτος ἐστάθη ἀνδρικώτατος, καὶ ἐπωνομάζετο Ἰλδερίμ, ὅτι ἡτον ὡς ἀστραπὴ ὄγλιγωρος. ὑπέταξε δὲ δλονις σχεδὸν τοὺς τόπους τῆς δύσεως, τὴν Βουλγαρίαν Σερβίαν Ἀλβανίαν Βλαχίαν καὶ τὴν Θεσσαλονίκην. ἀλλ' ἐπιστρέψας εἰς τὴν ἀνατολὴν νὰ πολεμήσῃ τὸν Τιμονρχάν, βασιλέα τῆς Περσίας ἐρχόμενον κατ' αὐτοῦ ἐπεσεν αἰχμάλωτος καὶ ἀπέθανε βασιλεύσας χρόνους 15.

Μετὰ τοῦτον δὲ ἀρχηγὸς ἀνεφάνη Μωάμεθ ὁ νιὸς αὐτοῦ εἰς τὰ 1410. οὗτος ἀφῆσας τὴν Προυσαν διέβη κατὰ παραχώρησιν θείαν, καὶ ἔστησε τὸν θρόνον τοῦ εἰς τὴν Ἀδριανούπολιν. πολεμήσας δὲ τὰ πέριξ κάστρα ἄλλα μὲν ἐπῆρε

Eius mortui filius Orchan circa annum 1327 regnum accepit. hic cum Michaelae Palaeologo bellum gessit, et Prusam cepit. regnavit autem et ipse annos 33, et deinde mortuus est.

Post Orchanem imperator factus est filius eius Muratus circa annum 1360. hic regi Constantinopolis amicus erat, sed postea in hostem versus circa annum 1366 contra eum castra movit, et proeliis horrendis cum eo congressus cepit Gallipolim, Philippopolim, celebrem Adrianopolim aliaque loca. cum autem annos 29 regnasset, mortuus est.

Post hunc Baiazitus Murati filius circa annum 1389 regnum obtinet. hic exstitit fortissimus, et cognomen accepit Ilderim, quia erat rapidus ut fulmen. Subiecit omnes paene terras Occidentis, Bulgariam, Serbiā, Albaniam, Valachiam, Thessalonicam. sed ad Orientem reversus ad debellandum Timurchanem, Persiae regem, qui contra eum profectus erat, captus est, et post regnum annorum 15 est mortuus.

Post eum imperator declaratus est Mahometus, filius eius, circa annum 1410. hic Prusa relicta e divina voluntate transiit, et solium suum Adrianopoli constituit. debellavit autem castella, quae circa

μὴ βίαν, ἄλλα δὲ διὰ παραδόσεως, ὅτι διὰ φόβου πολλὰ τὸν ἐπροσκύνησαν. ἐβασίλευσε δὲ καὶ οὗτος χρόνους 8.

Τοῦτον διεδέχθη Μουράτ ὁ νιός αὐτοῦ εἰς τὰ 1422. οὗτος ἐμιμήθη τὸν πάππον αὐτοῦ Βαΐαζίτ, καὶ ἀνέλαβε πάλιν δυοὺς τόπους εἰχεν ὑποτάξει ἐκεῖνος καὶ ἔπειτα οἱ Τοῦρκοι 5 ἔχουσαν, ὡς τὴν Θεσσαλονίκην, τὴν Βέρροιαν, τὰς Αθήνας, τὴν Λιβαδίαν καὶ τὴν Σερβίαν ἀπασαν· καὶ ἀπλῶς εἰπεῖν ὅλην σχεδὸν τὴν δύναιν ἐκυρίευσε. μετεχειριάθησαν δὲ οἱ Τοῦρκοι εἰς τὴν αἰχμαλωσίαν τῶν πόλεων βίαν καὶ ἀρπαγὴν 10 καὶ σκληρότητα μεγάλην.

Ταῦτα οἱ Ἰωαννῖται ἀκούοντες δεύτησαν στράτευμα ἀνδρεῖον, διὰ τοῦ ὁποίου ἐκράτησαν τὸν Πίνδον καὶ τὰ λοιπὰ τῆς Ἡπείρου στενά. δύο φοραῖς ὁ Μουράτ ἔστειλε καὶ τοὺς ἐπολέμησεν· ἀλλ᾽ οὗτοι γνωφίζοντες καλῶς τὰς ἐπιτηδείας εἰς πόλεμον τοποθεσίας τοὺς ἐδέχθησαν ἀνδρείως, καὶ σφάξαντες 15 ἀπ' αὐτοὺς μέγαν ἀριθμὸν τοὺς ἀπέκρουσαν μὲν φθορὰν αὐτῶν μεγάλην.

Ίδόντες δὲ οἱ Τοῦρκοι τὸ ἀδύνατον τῆς εἰς τὴν Ἡπείρον διαβάσεωσα ἐστρεψαν εἰς τὴν Θεσσαλονίκην, ὅθεν ὁ βασιλεὺς αὐτῶν ἔγραψε πρὸς τὸν Ἰωαννίτας ταῦτα. “Μουράτ, 20 βασιλεὺς ἀνατολῆς καὶ δύσεως, πρὸς τὸν Ἰωαννίτας. ἐβεβαιώθητε ἀκριβῶς ἀπὸ τὰς νίκας καὶ ἐμοῦ καὶ τῶν προγόνων μου, ὅτι ὁ θεὸς δὲν ἔβαλεν εἰς τὸ βασίλειον μου σύν-

sita sunt, et alia cepit vi, alia deditione, quia propter timorem multa eum regem acciperunt. regnavit autem hic annos 8.

Huic successit Muratus filius eius, circa annum 1422. hic Biazitum avum suum imitatus ea loca rursus recepit, quaenam ille subiecta tenuerat, et tum Turcae obtinuerunt, ut Thessalonicam, Berrhaonam, Athenas, Libadiam, totamque Serbiam, et ut uno verbo dicam in totum fere Occidentem dominatus est, exercuerunt autem Turcae in urbibus captis vim et latrocinium et crudelitatem magnam.

Quae cum Ioannites audirent, exercitum forteū constituerunt, per quem Pindum et reliquias Epiri angustias occuparunt. bis hoc prefectus Muratus cum iis pugnavit, at illi cum regiones ad bellum aptas bene novissent, fortiter eos exceperunt, et magno eorum numero interfecto cum magna clade eos reiecerunt.

Cum igitur Turcae viderent, non posse in Epirum se transire, Thessalonicam se verterunt, unde rex eorum Ioannitis haec scripsit: Muratus rex Orientis et Occidentis Ioannitis S. satis meis et maiorum meorum victoriis vobis est persuasum, deum non statuisse regno meo terminos, cuius quidem auxilio adiutus totum Orientem, atque

ορα, καὶ μὲ τὴν βοήθειάν του ὑπέταξα ὅλην τὴν ἀνατολὴν καὶ αὐτὴν σχεδὸν τὴν δύσιν, ὅτι ἔξω ἀπὸ τὰ βουνά σας ὅλου μ' ἐπροσκύνησαν. σᾶς παρακινῶ λοιπόν, πρὶν δοκιμάσῃς τὰ ὀλέθρια τοῦ πολέμου τέλη, πρὶν ἰδῆτε τὸ αἷμα πολλῶν ἀνατίων χυνόμενον ἀδίκως, νὰ μὲ παραχωρήσῃς τὴν πόλιν σας, ἀν δέλητε ν' ἀποφύγητε τὸν ἀφανισμὸν αὐτῆς καὶ ὅσα ἄλλοι ἀπειθεῖς καὶ σκληροτράχηλοι ἔπαθαν, κατακοπέντες ἀπὸ τὸ σπαθὶ μου ἢ πωληθέντες ἀπὸ τοὺς στρατιώτας μου αἰχμάλωτοι εἰς ἀνατολὴν καὶ δύσιν. σᾶς ὑπόσχομαι, ἀν μὲ προσ-

10 κυνῆσῃς, πίστεις ἐνόρκους, ἁγὼ μὲν νὰ μὴ σᾶς ἐγβάλω ποτὲ ἀπὸ τὸ κάστρον σας, ἐσεῖς δὲ νὰ μὴ φανῆτε ἐπίβουλοι καὶ ἀπειθεῖς τῆς βασιλείας μου. προσέξατε, μὴ πως ἀποβάλλοντες τὸ ζήτημά μου δὲν ἔχητε πλέον οὐδὲ καιρὸν νὰ μετανήσητε."

15 Ταῦτα τὰ γράμματα λαβόντες οἱ Ἰωαννῖται συνῆλθον εἰς συμβούλιον, καὶ στοχασθέντες πρῶτον μὲν πόσον ἡ βασιλεία τῶν Ὀθομανῶν προχωρεῖ κατὰ παραχώρησιν θεοῦ καθ' ἡμέραν εἰς αὐξῆσιν, καὶ πόσα κάστρα θαυμαστὰ ἀνατολῆς καὶ δύσεως ὑπετάχθησαν, καὶ πόσοι τόποι πολὺ δυνατώτεροι 20 ἀπὸ τὸν ἐδικὸν των ἐκυριεύθησαν ἀπ' αὐτούς, ἐπειτα καὶ τὴν μικρότητα καὶ ἀδυναμίαν τοῦ κάστρου των, ἐπροτίμησαν καλήτερα συμβιβασμὸν παρὰ ν' ἀφεθοῦν εἰς τὸ τοῦ πολέμου ἄδηλον, ὅστις καὶ παντελῇ ἡμιποροῦσε νὰ φέρῃ εἰς αὐτοὺς

adeo totum fere Occidentem subieci, extra vestros montes omnes me regem agnoscere. vos igitur iam adhortor, priusquam exitum belli infelicem exspectetis, priusquam sanguinem multorum innocentium iniuste effusum videatis, ut urbem vestram mihi tradatis, si interitum eius vitare vultis, et omnia, quae alii inobedientes et obstinati persessi sunt, cum acinace meo caederentur, aut a militibus meis pro captivis in Oriente et Occidente venirent. promitto vobis, si me regem agnoscatis, iureiurando, equidem me vos arce vestra non expulsurum esse; vos autem promittatis, non fore vos dolosos neque inobedientes imperio meo. cogitetis, ne reiecta admonitione mea non amplius habeatis ne occasionem quidem consilium mutandi.

Quibus acceptis literis Ioannitae ad consilium convenerunt, et cum secum reputassent, quantum regnum Othomanum progrederetur quotidie e voluntate divina, et quot castella mira Orientis et Occidentis subiecta essent, et quot loca multo firmiora suo in potestate eorum essent, deinde parvitatem et infirmitatem arcis sua, maluerunt conciliationem potius, quam ut se transmitterent incerto bello, quod iis interitum plenum excitare poterat. his declaratis elegerunt

ἀφανισμόν. ταῦτα δὲ ἀποφασίσαντες ἔκλεξαν καὶ ἐστειλαν πρὸς τὸν Μουρὰτ ἄνδρας λογίους καὶ φρονίμους, παραγγείλαντες νὰ τὸν προσφέρουν τοῦ κάστρου τά κλειδία, ἢν τοὺς δώσῃ μὲν χρυσόβουλλον ὅσα τὸν ζητήσωσιν. οὗτοι δὲ ἐλθόντες εἰς Θεσσαλονίκην, εὑρούντων βασιλέα ἔξω τῆς πόλεως εἰς διόπειρον ὅστις Κλειδὶ τῷρα λέγεται· καὶ ἐκεῖ τελειώσαντες τὰς συμφωνίας ἔδωσαν καὶ ἔλαβον ὄρχους, καὶ δεχθέντες τὸ χάτι σεριφί παρέδωσαν εἰς χεῖράς του τὰ κλειδία, καὶ βασιλέα τοῦ κάστρου αὐτὸν ἐπροσκύνησαν. καὶ διὰ τοῦτο ὁ τόπος ἐκεῖνος ἀπὸ τότε ὀνομάσθη Κλειδί. 10

Οἱ δὲ βασιλεὺς ἐστειλεν εὐθὺς μετὰ τῶν πρέσβεων δεκαοκτὼ Τουρκούς, νὰ παραλάβουν τὸ κάστρον καὶ νὰ στήσουν διὰ παντὸς εἰς Ἰωάννινα τὴν κατοικίαν των. οὗτοι δὲ ἐμβάντες εἰς τὸ κάστρον ἐζήτησαν νὰ ὁρξουν εἰς χαρὰν κανόνια, ἐπειτα νὰ χαλάσουν τὴν κειμένην εἰς τοὺς πύργους τοῦ κάστρου ἐκκλησίαν τοῦ ἀρχιστρατήγου Μιχαήλ· ἐπειτα ἐξελθόντες ὑπῆργαν καὶ ἐκτίσαν σπήτια εἰς τὸ μέρος τῆς πόλεως τὸ ὀνομαζόμενον τῷρα Τουρκοπάλουκον, ὃπου καὶ ἐκατοίκησαν κατὰ τὴν συνθήκην. ἐζήτησαν δὲ νὰ λάβουν καὶ γυναικας ἀπὸ τὰς θυγατέρας τῶν Χριστιανῶν· ἀλλὰ κάμμια δὲν 20 τοὺς ἐδέχετο. οὕτω δὲ ἀποβληθέντες ἔγραψαν πρὸς τὸν βασιλέα των, ὅστις ἐστειλεν εὐθὺς ἀνθρώπον μ' ἐξουσίαν καὶ γράμμα βασιλικὸν νὰ λάβουν ὅι Τουρκοί εἰς γυναικάς των ἀπὸ τὰς θυγατέρας τῶν Χριστιανῶν, ὃποια τὸν καθένα ἀρέση.

et miserunt ad Muratum viros prudentes et sapientes, eos iubentes afferre ei castelli claves, si eis aurea bulla concederet, quae ab eo peterent; qui cum Thessalonicanam venissent, regem extra urbem in regione quadam repererunt, quae hodie vocatur Kleidi (clavis), ibique pactione confecta fidem dederunt et acceperunt, et accepto Chatiseriso (i. e. tabula regia) eius manibus claves tradiderunt, et regem arcis eum salutarunt, et propterea locus ille inde ab illo tempore vocatus est Kleidi (clavis).

Rex autem cum legatis duodeviginti Turcas statim misit, ut castellum reciperen, et omnino Ioanninae domicilia sua constituerent. hi autem ingressi castellum postularunt, ut ad laetitiam significandam tormenta bellica solverent, deinde ut ecclesiam summi ducis Michaelis everterent, quae inter turres castelli sita erat, deinde egressi secesserunt et domos aedificarunt in regione urbis, quae nunc nominatur Turcopalucum, ubi etiam ex pacto habitarunt. postularunt etiam, ut mulieres ex filiabus Christianorum in matrimonium ducerent, sed nulla eos accepit. sic reiecti ad regem suum scripserunt, qui ho-

μίαν λοιπὸν ἐστην, ἐν ᾧ ἡτον οἱ Χριστιανοὶ συναγεμένοι εἰς τὴν ἐκκλησίαν μὲ τὰς γυναικας καὶ κόρας των, ἐμβάντες οἱ Τοῦρκοι εἰς τὸ κάστρον μετὰ τοῦ βασιλικοῦ ἀνθρώπουν ἥλθαν καὶ ἐστάθησαν ἔξω τῆς μητροπόλεως εἰς τὸν μέγαν Παντοκράτορα· καὶ ὅταν μετὰ τὴν τῆς λειτουργίας ἀπόλυσιν ἐξήρχετο ὁ λαός, παρατηρούντες, καθὼς ἔβλεπαν κάμμιαν ἀπὸ τὰς τεμίας παρθένους, ἡ τις τοὺς ἄρεσκε, ὁπετοντες τὸ φόρεμά των τὴν ἐσκέπαζεν, καὶ λαμβάνοντές την ἀπὸ τὸ χέρι τὴν ὁδηγοῦσαν ὡς γυναικά των. ἡτον δὲ ἐλεεινὸν θέαμα νὰ βλέπῃ 10 τις ἀπὸ τὸ ἵνα μέρος τὰς τρυφερὰς ἐκεῖνας νέας συρομένας μὲ δάκρυα ἀπὸ βαρβαρικὰ χέρια, ἀπὸ τὸ ἄλλο δὲ τοὺς δυστυχεῖς γονεῖς κοπομένους καὶ κλαύοντας ἀπαρηγόρητα. μετὰ δέ τινων ἡμερῶν παρέλευσιν βλέποντες ἀνωφελῆ τὰ δάκρυα, ἐπανσαν τὸν θρῆνον· τινὲς δὲ ἐδοκίμαζαν νὰ παρηγορήσουν 15 ἑαυτούς, στοχαζόμενοι ὅτι τάχα καὶ οἱ Τοῦρκοι ἐκεῖνοι εἶναι αὐθένται καὶ ἀρχοντες καὶ κατὰ τὴν τιμὴν οὐδόλως ἀπ' αὐτοὺς κατώτεροι. μὲ τοιαύτας δυστυχεῖς προφάσεις παρηγοροῦμενοι, ἡ τὴν ἀνάγκην ἀκολουθεύντες, ἔτοιμασαν καθεῖς ὃ τι ἦθελε δώσει εἰς προΐκα τῆς Θυγατρὸς αὐτοῦ, καὶ τὴν ἐστει- 20 λαν συντροφευμένην μὲ μίαν δούλην καὶ μίαν βυζάστραν, προσθέσαντες καὶ ζευγαλατεῖα καὶ λιβάδια καὶ ἄλλα χαρίσματα. καὶ οὕτω κατ' ὀλίγον εἰς αὐξησιν τὸ ἀσεβέστατον τῶν Ἀγαρηνῶν γένος ἐπροχώρει.

minem auctoritate et literis regiis praeditum statim misit, ut Turcae et filiabus Christianorum in matrimonium ducerent, quae cuique placet. festo iam die, cum Christiani in ecclesia cum uxoribus et filiabus suis una essent, Turcae cum legato regio castellum ingressi advenerunt et extra metropolim magni Pantocratoris constiterunt, et donec officio sacro absoluto populus egrederetur, exspectantes, ut aliquam e virginibus nobilibus viderunt, quae iis placeret, arreptis suis pellibus villosis eam obtegebant et manu prehensa eam abducebant ut uxorem suam. erat autem miserum spectaculum videnti, hic teneras illas puellas lacrimis obortis barbarorum manibus tractas, illic infelices parentes plangentes et flentes desperatorum instar. nonnullis diebus post cum iuutiles esse lacrimas intelligerent, lamentari desierunt, nonnulli se consolari studebant, reputantes, sine dubio Turcas illos esse dominos et duces, neque de dignitate se inferiores. tali illusione infelici pacati sive potius necessitati parentes, paraverunt, quod quisque dare vellet dotem filiae suae, eamque miserunt conjunctam cum una ancilla et una nutrice, adiectis etiam iugis boum et agris et aliis donis. atque ita quidem brevi aucta est sceleratissima Agarenorum gens.

[Ἐπαράλαβαν οἱ Τοῦρκοι τὰ Ἰωάννινα, ἐτοὺς ὑπάρχοντος 6939, ἵνδικτιῶνος 9, ἀπὸ δὲ Χριστοῦ 1431, Ὀκτωβρίου 9. ἄλλοι δὲ λέγοντες διτοι τὰ ἔκυρούντα συγχρόνως μὲ τὴν Θεσσαλονίκην, ἐπὶ ἐτοὺς 6938, ἀπὸ δὲ Χριστοῦ 1430.

Γράφει καὶ ὁ Μελέτιος εἰς τὸ γεωγραφικὸν του βιβλίου 5  
ὅτι παρεδόθησαν τὰ Ἰωάννινα εἰς τὰ 1424 ἀπὸ Χριστοῦ, μετὰ  
τὴν τῆς Θεσσαλονίκης δουλείαν.]

[Turcae Ioanninam occuparunt, anno 6939, indictionis 9, p. Chr. n. 1431, die 9 mensis Octobris. alii autem narrant, eos hanc in protestatem suam redegisse eodem tempore cum Thessalonica, anno 6938, p. Chr. n. 1430.

Scribit etiam in geographia Meletius, traditam esse Ioanninam circa annum 1424 p. Chr. n., post Thessalicam subiectam.]

## IV.

*Αποστασία Διονυσίου τοῦ κοινῶς λεγομένου Σκυλοσόφου, καὶ ἔξωσις  
τῶν Χριστιανῶν ἀπὸ τὸ κάστρον.*

Ἄλλ' ὡς γὰ μὴν ἥτον ταῦτα τὰ κακὰ ἵκανά, ὁ ἔχθρὸς  
τοῦ καλοῦ διύβολος ἐφθόνησε, βλέπων ὅτι οἱ τῆς Ἡπείρου  
5 Χριστιανοὶ οὔτε ἀπὸ Τουρκικήν μάχαιραν κατεκόπησαν οὔτε  
τὴν πολιτικήν των δύναμιν ἔχασαν, ὅτι ὅλη ἡ ἔξουσία ἥτον  
αὐτῶν. αὐτοὶ εἶχον τὰ σπαῖλήκια καὶ τιμάρια, αὐτοὶ καὶ  
διέτασσαν καὶ ἐσύναξαν τοὺς φόρους· καὶ αὐτὴ ἡ πολεμικὴ  
δύναμις ἥτον ὅλη εἰς χεῖράς των. οἱ δὲ Τοῦρκοι ὅχι μόνον  
10 κανόνι τοῦ κάστρου νὰ ḥήσουν, ἀλλ' οὐδὲ νὰ κατοικήσουν εἰς  
αὐτὸς είχαν τὴν ἄδειαν.

Κατὰ τὸ 1611 ἔτος ἐφάνη ὁ Τρίκκης Διονύσιος, ἀν-  
θρωπος ἀστρολόγος καὶ λεκανομάντης, ὅστις διὰ τοιαυτὰ  
ἀσεμνα καὶ ἀτοπα ἔργα καὶ ἀπὸ τὸν Θρόνον του ἐξώ-  
15 σθη, καὶ ἐμειγεν ἡ Τρίκκη ὑπὸ τὴν τοῦ Λαρίσσης ἐπί-

## IV.

*Sedicio Dionysii, qui vulgo nominabatur Skylosophus, et Christiani  
castro expulsi.*

Sed quasi haec mala non sufficerent, iniuricus pulchro diabolus  
invidia captus est, cum vidéret, Christianos Epiri neque Turcarum  
gladis trucidari, neque potestatē publicam amississe, auctoritatem  
eorum esse integrā, nam habebant Spälikos et Timaros, vecligalia  
et imperabant et exigebant, et ipsas exercitus totus in eorum erat  
manibus, Turcas autem non modo non solvendi tormenta bellica ca-  
stelli, sed ne habitandi quidem in eo libertatem habe: e.

Anno 1611 episcopus Triccalae Dionysius advenit, astrologus et  
vaticinationi ex aquae inspectione comparatae deditus, qui propter  
tales res indignas et ineptas solio suo expulsus erat, quo facto Tric-  
calae erat subiecta episcopo Larissae propter terrorem, quem Turcae

σκεψιν διὰ φόβου τῶν Τούρκων ἔως τὸ 1709 ἔτος, ὃτε ἡλθεν ἀρχιερεὺς εἰς αὐτὴν ὁ Κωνστάντιος, ἄνθρωπος ἐνάρετος καὶ σοφός. ὃ δὲ κακοδιονύσιος, ὃ τοῦ αὐτοῦ ἐπαγγέλματος αὐτάξιος, φυγὼν μέτ' αἰσχύνης πολλῆς καὶ φόβου ἐκεῖθεν πρὸς τὰ μέρη τῆς Ἰταλίας κατέφυγεν. ὅλιγον δὲ καιρὸν διατρίψας<sup>5</sup> εἰς τὰς ἑκεῖ πόλεις, ἡλθε κακῇ τύχῃ ἡμῶν εἰς τούτους τοὺς τόπους, καὶ ἐκατοίκησεν εἰς τὸ τοῦ ἄγίου Δημητρίου μοναστήριον τὸ μεταξὺ τῶν χωρίων Κερασόβουν καὶ Ραντοβιήτη κείμενον, εἰς τὸ ὅποιον ἦτον πυρτερον. διατρίψας δὲ ἑκεῖ ἀρκετὸν καιρὸν κατέβη ἐπειτα εἰς τὰ Ἰωάννινα, ὅπου εἶχε τινὰς<sup>10</sup> φίλους, καὶ ἴδων τοὺς Τούρκους ὅλιγονς καὶ κατοικοῦντας ἔξω τοῦ κάστρου ἐμελέτησε βουλὴν δυστυχεστάτην εἰς τὴν πόλιν ταύτην· καὶ εἰσελθὼν εἰς τινα φίλον του, Ταγᾶν τὸ ὄνομα, καὶ ἄλλους γνωρίμους, κοινολογεῖται πρὸς αὐτοὺς ὃτι ἔκαμε τὸ θεμάτιον, καὶ διὰ τῆς ἀστρολογίας ἐγνώρισεν ὃτι<sup>15</sup> μέλλει νὰ γένη ἐλευθερωτὴς ὅχι μόνον τῶν Ἰωαννίνων ἀλλὰ καὶ τῶν λοιπῶν πόλεων, μάλιστα καὶ εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν νὰ εἰσέλθῃ, καὶ αὐτὸς ὁ βασιλεὺς νὰ τὸν σηκωθῇ. ἐκεῖθεν δὲ ἐξελθὼν τὰ τῶν Ἰωαννίνων περίχωρα καὶ τὰ τοῦ ἀνωτέρου μοναστηρίου καὶ ἄλλας χώρας περιήρχετο, φέρων<sup>20</sup> πλόσκαν ἐπὶ τοῦ ὕμου, καὶ κιργᾶν τοὺς γεωργοὺς ποιμένας, βουκόλους καὶ ἄλλους χωρικούς, προσοικειοῦτο τοιούτους ἀπαιδεύτους· καὶ ἀπολέμους στρατιώτας.

iniciabat, usque ad annum 1709, cum illuc adveniret Constantius archiepiscopus, homo virtute et sapientia praeditus. improbus autem Dionysius, honore suo indignus, cum multo dedecore et terrore inde in regionem Italiae confugit. breve autem tempus in illius urbibus moratus, ad nostram calamitatem in has terras venit, et in sancti Demetrii monasterio habitavit, quod inter Kerasobum et Rantobietum situm est, in quo quidem iam antea fuerat. moratus autem ibi diutius, Ioanninam rediit, ubi amicos quosdam habebat, et cum Turcas esse paucos et extra castellum habitare vidisset, consilium huic urbi infeliciissimum excogitavit, et ad amicum quendam veniens, cui nomen erat Tagae, et ad alios, quos norat, cum iis communicat, sibi esse persuasum, et astrologia se cognovisse, fore, ut liberator fieret non modo loanninae, sed etiam urbium ceterarum, atque adeo Constantiopolim ingredetur, et rex ipse eum modo digno acciperet. tum exiit et regiones loanninae et altioris monasterii et alias terras peragravit, gestans vas ligneum in humeris et alliciens agricultas, pastores, bubulcos aliquos ruris colonos, tales rudes et belli ignaros sibi conciliavit milites.

Μετὰ δὲ πολλὰς ἀταξίας, τὰς δύοιας μεθύοντες καὶ ἀπὸ μίαν εἰς ἄλλην χώραν διαβαίνοντες ἔκαμαν, μίαν ἡμέραν συναθροισθέντες ὅλοι ἐπέπεσαν ἔξαφνα κατὰ τὴς Τουρκογρανίζης καὶ Ζαραβούσης, χωρίων ὡς δύο ώρας μακρὰν τοῦ προρρηθέντος μοναστηρίου κειμένων, καὶ εὐρόντες τοὺς ἐκεῖ κατοικοῦντας Τούρκους ἀμερίμνους τοὺς κατέσφαξαν ὅλους καὶ τὰ χωρία ἐδήμωσαν.

Ἐπειτα, τοῦ αὐτοῦ ἔτους τὴν δεκάτην Σεπτεμβρίου, ἐκστρατευσαν μετὰ τοῦ ἀρχηγοῦ των καλογῆρον τὴν νύκτα 10 κατὰ τῶν Ἰωαννίνων, καὶ εἰσελθόντες εἰς τὴν πόλιν ἔβαλαν εὐθὺς φωτίν εἰς τὴν τοῦ τότε πασᾶ Ἀσουμάν κατοικίαν, καὶ ἔκαυσαν πολλοὺς ἀνθρώπους καὶ τὸν βασιλικὸν Θησαυρὸν. ὁ δὲ πασᾶς μὲ τὴν γυναικά του πηδήσαντες ἀπὸ τὸ παράθυρον ἐφυγον γυμνοὶ τὴν νύκτα, καὶ ἐσώθησαν. τὸ δὲ ἄθλιον 15 ἐκεῖνο τῶν γεωργῶν καὶ βοσκῶν στρατεύμα μὲ τὸν ψευδαστηρόλογον στρατηγὸν του ἐφώναζαν τὸ κύριε ἐλέησον, καὶ χαράτζι χαρατζόπουλον, καὶ ἀναζοῦλι ἀναζούλόπουλον, αἰνιττόμενοι τὸν νέον φόρον, τὸν δύοιον ὅχι πρὸ πολλῶν ἡμερῶν οἱ Τούρκοι εἰχαν ἐπιβάλει. οὗτοι δὲ ἀκούσαντες τὸ κύριε ἐλέησον, 20 ἐγνώρισαν ὅτι ἥλθον κατ' αὐτῶν οἱ Χριστιανοί, καὶ παρευθὺς ἐδραμον ὅλοι ἐφιπποι καὶ δυνατὰ ἀρματωμένοι, καὶ τρέψαντες αὐτοὺς εἰς φυγὴν εὐκόλως ὡς πεζοὺς καὶ μὴ ἔχοντας

Post multas turbas, quas ebri et ex alia in aliam transgressi urbem excitaverunt, aliquo die omnes congregati, subito agressi sunt Turcogranizam et Zarabusam, quae horarum spatio duarum a supra commemorato monasterio aberant, et nacti Turcas, qui ibi habitabant, inesperantes, omnes necaruunt, et loca devastaverunt.

Deinde, eodem anno mensis Septembri die decimo, cum duce suo monacho nocte contra Ioanninam profecti sunt, et urbem ingressi statim coniecerunt ignem in domum Asumanis, qui tum erat dominus (pascha), et homines multos et thesaurum regium combusserunt; passcha autem et uxor eius e postico sese proripuerunt, et nudi nocte ausfugerunt, et servati sunt. miser autem ille agricolarum et pastorum exercitus cum duce astrologo exclamarunt, kyrie eleeson (domine miserare nos) et breve Charatzi et Anazuli, significantes vectigal novum, quod non multis diebus ante Turcae imperaverant. hi autem cum audirent illud kyrie eleeson, intellexerunt, Christianos se aggredi, statimque omnes adcurserunt equis sublati et quam maxime armati, et postquam eos in fugam facile verterunt, pedites neque bellicis armis indutos, multos interfecerunt non solum hostes, sed etiam innocentes, quia, cum dominica subsequeretur, in via eos excoperunt,

ἀρματα πολέμου, κατέκοψαν πολλοὺς ὅχι μόνον ἀπὸ τοὺς πολεμίους ἀλλὰ καὶ ἀναιτίους, διότι, ἐπειδὴ ἔξημέρονε κυριακή, ἔδέχοντο εἰς τοὺς δρόμους τοὺς ἐρχομένους εἰς τὴν ἀγοράν, καὶ τοὺς ἔκοπταν. μάλιστα ἡθελαν νὰ κάμοντ κοινὴν σφαγὴν ὅλων τῶν κατοικούντων τὸ κάστρον Χριστιανῶν· ὅμως 5 τινὲς φρόνιμοι καὶ ἀπὸ τοὺς προεστοτέρους αὐτῶν τοὺς ἐμπόδισαν. οἱ δὲ Ἰωαννῖται δὲν ἐφείσθησαν τὴν κατάστασιν των παντάπασιν εἰς ἀποφυγὴν ταύτης τῆς βαρβάρου σφαγῆς.

‘Ο δὲ τῆς ἀποστασίας ἀρχηγὸς Διονύσιος, ὡς ἥκουσε τοὺς ἀλαλαγμοὺς τῶν Τούρκων καὶ εἶδε τοὺς μεδ’ ἑαυτοῦ 10 σκορπισθέντας, ἔφυγε, καὶ ἐλθὼν ἐκρύφθη εἰς τὸ σπῆλαιον τῆς ἐκκλησίας Ἰωάννου τοῦ προδρόμου, ὃπου τώρα κεῖται τὸ τζαμί τοῦ Ἀσλάν πασᾶ. ἔγινε δὲ μεγάλη περὶ αὐτοῦ ζήτησις, καὶ οὐδεὶς ἄλλος ἐδυνήθη νὰ τὸν εῦρῃ παρὰ τὸ μισόχριστον τῶν Ἰουδαίων γένος, οἱ δοποῖοι φέροντές τον δέσμιον 15 τὸν παρέδωσαν εἰς τοὺς κριτάς, καὶ διὰ προσταγῆς τῶν ἀρχόντων Τούρκων, χωρὶς τινος ἐξετάσεως, τὸν ἔγδαραν ζωντανόν, καὶ γεμίσαντες τὸ δέρμα του ἄχυρον τὸ περιέφεραν ἀπὸ πόλιν εἰς πόλιν, καὶ τέλος καὶ εἰς αὐτὴν τῆς Κωνσταντινούπολιν. λέγεται δὲ δτι ἐκεῖ ἐσηκώθη καὶ ὁ βασιλεὺς νὰ τὸ 20 ἰδῇ, καὶ οὗτος ἐπληρώθη τὸ τῆς προφητείας του λόγον, δτι ἐμελλε νὰ ὑπάγῃ καὶ εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν, καὶ αὐτὸς ὁ βασιλεὺς νὰ τὸν σηκωθῇ.

qui ad forum ibant, et interfecerunt. libenter voluerunt generalem omnium, qui in Castello Christianorum habitabant, caedem instituere, sed nonnulli prudentes duces eorum eos ab hac re prohibuerunt. Ioannitae autem pecuniae omnino non pepercerunt, ut barbarem hanc caedem vitarent.

Seditionis autem dux Dionysius ut audivit clamores Turcarum, et suos dissipatos vidit, aufugit, et in antrum ecclesiae Ioannis prodromi se abdidit, ubi nunc sita est ecclesia Aslanis paschae. est autem propter eum magna instituta investigatio, neque alias eum reprehire potuit praeter inimicam Christi Iudeorum gentem, qui eum cum vincitum adduxissent, iudicibus tradiderunt, atque hi quidem iussu principum Turcarum sine ullo iudicio corio exuerunt vivum, et cutem eius cum stramine implevissent, ab urbe ad urbem circumferebant, postremum etiam Constantinopolim. dicitur autem etiam rex ibi surrexisse, ut eam videret, atque sic peractum est, quod ambigue prae-dixerat, se etiam Constantinopolim profecturum, regemque ipsum sibi advententi surrecturum esse.

Οσοι δὲ ἀπὸ τοὺς στρατιώτας αὐτοῦ ἐσυλλήφθησαν, τούτους ἐπαρακίνησαν οἱ Ἐβραῖοι τοὺς Τούρκους νὰ μὴ τοὺς θανατώσουν, ἀλλὰ νὰ τοὺς δώσουν διαφόρους κολάσεις καὶ βασάνους, ἕως οὗ εἰς αὐτὰς ἀποθάνωσι. καὶ ωὗτως ἐπειδὴ 5 οἱ βύβαροι τοὺς παρέδωσαν πρὸς τοῦτο τοὺς ἀνθρώπους, τὸ πονηρὸν γένος ἄλλους μὲν ἐσούβλισε καὶ ζωντανοὺς ἔψησεν, ἄλλους δὲ εἰς πυρκαϊὰν κατέκαυσεν, ἄλλους ἀπὸ κρεάγρας ἐκρέμασε, καὶ πρὸς ἄλλους ἄλλα σκληρότατα μετεχειρίσθη μαρτύρια, τὰ δποῖα νὰ διηγηθῶ κατὰ μέρος ἀποφεύγω διὰ τὴν 10 βαρβαρότητα αὐτῶν, ἔκαστος δὲ ἡμπορεῖ νὰ κρίνῃ, μανθάνων μόνον ὅτι οἱ Ἐβραῖοι εἶχαν εἰς τοῦτο πᾶσαν δξονσίαν ἀπὸ τοὺς Τούρκους, καὶ ἐνθυμούμενος εἰς πόσην ἡτον ἴκανοι νὰ φθάσουν ὡμότητα καὶ διὰ χάρεν πρὸς τοὺς κρατοῦντας καὶ διὰ τὸ πρὸς ἡμᾶς ἀσπονδον μῆσός των.

15 Κατηδάφισαν δὲ οἱ Τούρκοι καὶ τὸ τοῦ ἁγίου Δημητρίου μοναστήριον ἀπὸ τὰ θεμέλια, ἀφήσαντες μόνον τὸν ἰερὸν ναὸν ἀβλαβῆ· καὶ τοὺς ἐκεῖ πατέρας διασκορπίσαντες διήρπασαν τὰ πλούσια κτήματα καὶ ὑπάρχοντά τουν, τῶν δποίων παρατρέχων τἄλλα, ἀναφέρω μόνον ὅτι εἶχεν εἰς 20 διάφορα χωρία δεκαοκτὼ μετόχια, ἔκαστον μὲ τὴν ἴδιαν του ἐκκλησίαν.

Τέλος, ἐπειδὴ οἱ Τούρκοι ἔγραψαν ἀναφορὰν πρὸς τὸν βασιλέα των, κηρύζοντες τοὺς Χριστιανοὺς ἀπειθεῖς τῆς βα-

Milites autem eius, quotquot capti sunt, ne interficerent, Iudei Turcas admonuerunt, sed ut eos variis castigationibus et tormentis afficerent, donec his morti occumberent. atque sic quidem postquam barbari illis hanc ad rem homines tradiderunt, gens prava alios assavit et vivos coxit, alios rogo combussit, alios uncis affixit, ad alios alia crudelissima adhibuit tormenta, quae narrare singula mitto propter crudelitatem eorum, unusquisque autem hoc diiudicare potest, si hoc unum audiat, Iudeos hanc ad rem a Turcis potestatem omnem accepisse, et cogitet, ad quantam accedere potuerint crudelitatem et propter voluntatem gratum faciendi victoribus et propter implacabile contra nos odium.

Everterunt autem Turcae etiam sancti Demetrii monasterium funditus, relicto tantum templo sancto, atque cum habitantes ibi monachos dissipassent, possessiones pretidas diripuerunt et bona eius, de quibus ut alia omittam id tantum commemoro, monasterium habuisse diversis terris duodeviginti villas, quarum unaquaque ecclesiam habebat propriam.

Postremo, cum Turcae ad regem suum retulissent, Christianos

σιλείας καὶ ἀποστάτας ἡλθεν ἀπὸ τὴν Κωνσταντινούπολιν  
χάτε σερίφῃ γὰ τοὺς ἔξωσον ἀπὸ τὸ κάστρον, ἀφαιροῦντες  
τους δλην δῆσην εἶχαν τιμῆν καὶ δύναμιν κατὰ τὰς συνθήκας.  
οὗτοις ἀπωσθέντες ἐκτισαν ἔξω οἰκίας μικρὰς καὶ ἔζων τα-  
πεινοὶ καὶ καταφρονημένοι.

Inobedientes regno esse et rebelles, missum est e Constantinopoli  
Chatiseriph ut castello eos expellerent, erupta tota, quam ex pacto  
habuissent, auctoritate et potestate. hoc modo expulsi, extra urbem  
domos parvas et viles aedificarunt, et vivebant humiles et contemti.

---

## V.

### Χρονικόν.

Παρέλαβον οἱ Τούρκοι τὰ Ἰωάννινα ἐπὶ ἔτους 6939, ἡγιατιῶνος 9, Ὀκτωβρίου 9, ἀπὸ δὲ Χριστοῦ 1431.

Ἐκυριεύθησαν τὰ Ἰωάννινα σὺν τῇ Θεσσαλονίκῃ ἐπὶ 5 ἔτους 6938, ἀπὸ δὲ Χριστοῦ 1430.

Ἡ δὲ Ἀκαρνανία ἦγουν ἡ Ἄρτα ἐπὶ ἔτους 6957, Μαρτίου 24, ἡμέρᾳ δευτέρᾳ, ἀπὸ δὲ Χριστοῦ 1449.

Ἡ δὲ Ναύπακτος ἐπὶ ἔτους 7007, ἀπὸ δὲ Χριστοῦ 1599.

Εἰς τὰ 1683, ἐκστράτευσαν οἱ Τούρκοι κατὰ τῶν Γερ-  
10 μανῶν, καὶ πολεμήσαντες ἐνικήθησαν κατὰ κράτος, καὶ ἔχα-  
σαν τριακοσίας χιλιάδας ἀνθρώπων.

Ἐπῆραν οἱ Βενετοὶ τὴν ἀγίαν Μανᾶν καὶ Πρέβεζαν  
ἐπὶ ἔτους 1684.

Ἐπῆραν τὴν Κορώνην Καλαμάταν Ζαρνακὰ καὶ Ἀβαρί-  
15 κον ἐπὶ ἔτους 1685.

## V.

### Chronicum.

Occupant Turcae Ioanninam anno 6939, indictionis 9, mensis Octobris die 9, p. Chr. n. 1431.

Capta est Ioannina cum Thessalonica, anno 6938, p. Chr. n. 1430.

Acarnania autem, sive Arta anno 6957, mensis Martii die 24,  
altero (hebdomadis) die, p. Chr. n. anno 1449.

Naupactus anno 7007, p. Chr. n. 1599.

Circa annum 1683 profecti sunt Turcae contra Germanos et  
bello devicti sunt, amissis trecentis milibus hominum.

Ceperunt Veneti sanctam Mauram et Prebezam, anno 1684.

Ceperunt Coronam, Calamatam, Zarnacam, Abaricum, anno 1685.

*'Επῆραν ἔτι τὴν Μεθώνην καὶ τὸ Ἀγάπλι ἐπὶ ἔτους 1686.*

*'Επῆραν δόμοίως τὴν Ναύπακτον καὶ δλον τὸν Μωρέαν  
ἐπὶ ἔτους 1687.*

*Τὸ αὐτὸν ἔτος ἐπῆραν οἱ Γερμανοὶ τὸ Βελλεγράδι.*

*Εἰς τὰ 1690 ἐκστρατεύσας ὁ βεζίρης Κιοπριλῆς ὑπέ-5  
ταξεὶ τὸ Νύσι καὶ Βελλεγράδι, κατασφάξας πολλοὺς τῶν Γερ-  
μανῶν.*

*Εἰς τὰ 1691 ὑπέταξαν οἱ Γερμανοὶ τὸ Νύσι καὶ τὰς  
Σκοπίας ἔως τὸ Κιοπριλί.*

*Εἰς τὰ 1691 κατέβη ὁ Χαλίλ πασᾶς, καὶ ἐπῆρε τὴν Αὔ-10  
λανα ἀπὸ τοὺς Βενετούς.*

*Εἰς τὰ 1700 ἔκλεισεν ὁ Τοῦρκος εἰρήνην μὲ τὸν αὐτο-  
κράτορα τῆς Γερμανίας καὶ τοὺς Βενετούς, βασιλεύοντος τοῦ  
συντατὸν Μουσταφᾶ τοῦ β'.*

*Εἰς τὰ 1710, Σεπτεμβρίου 7 καὶ 8, ἐφάνη μέγα πλῆ-15  
θος ἀκρίδων, κατερχομένων ἀπὸ τὸ βόρειον μέρος καὶ δια-  
βανούσων πρὸς τὴν Ἀρταν. ἡ διάβασίς των ἀρχισεν ἀπὸ  
τό ἐσπέρας τῆς 7 τοῦ μηνὸς, καὶ διήρχεσεν ὅλην τὴν 8. ἡτον  
δὲ τόσον πυκναὶ ὥστε ἐσκίαζον τὸν τόπον ὅθεν διήρχοντο,  
κρύπτουσαι τὸν ἥλιον.*

*Εἰς τὰ 1714, Ιουλίου 27, ἡμέρᾳ κυριακῇ, ὥρᾳ 6 τῆς  
ἡμέρας, ἔγινεν εἰς τὰς παλαιὰς Πάτρας σεισμός, ὃς τις ἐκρή-  
μνισε τὰ καμπαναρεῖα τῶν ἐκκλησιῶν, τοὺς νάρθηκας τι-* 20

*Porro ceperunt Methonen et Anapli, anno 1686.*

*Ceperunt item Naupactum et totam Moream, anno 1687.*

*Eodem anno ceperunt Germani Belgradum.*

*Anno 1690 contra eos profectus imperator (vesirus) Kioprides  
subiecit Nysi et Belgradum, interfectis multis Germanis.*

*Anno 1691 Germani subiecerunt Nysi et Scopias usqne ad  
Kiopriili.*

*Anno 1691 impetu facto Chalilus pascha Venetis Aulonem  
eripuit.*

*Anno 1700 pacem inierunt Turcae cum imperatore Germaniae  
cumque Venetis, regnante Sultano Mustapha II.*

*Anno 1710, die 7 et 8 mensis Septembbris, magna multitudo  
locustarum apparuit, quae a Septemtrionibus venerunt et Artam ad-  
volarunt. Transitus earum incepit vespero septimi diei mensis, et  
duravit per totum diem 8. erant autem tam multae, ut locum ob-  
scurarent, unde venerunt, solem obtegentes.*

*Anno 1714, die 27 mensis Iulii, dominica, hora 6 diei, Patris  
yeteribus factus est terrae motus, qui turres campanarias ecclesiarum*

νῶν ἀπ' αὐτάς, καὶ μερικὰ παλάτια· ἐσχίσθησαν δὲ καὶ ὁι τοῦ κάστρου πύργοι ἄνωθεν ἕως κάτω, καὶ ἐπεσάν τινες ἀπὸ τας ἐπάλξεις του.

Εἰς δὲ τὰς 28 Αὐγούστου ἔγινεν ἄλλος σεισμὸς μεγαλήτερος τοῦ πρώτου εἰς τὴν Κεφαληγίαν, ὃτε παρενφίσκετο ἐκεῖ καὶ ὁ ἀρχιγαύαρχος μὲν ὅλον τὸν στόλον. ἐκρήμνισε δὲ οὗτος 280 σπῆτια, καὶ ἄνοιξεν ἡ γῆ ἀναβράζουσα νερόν· οἱ δὲ ἀνθρώποι διέτριψαν δύο μῆνας ἔξω εἰς τὰ περιβόλια, ἕως οὗ ἐπανοσεγ.

10 Εἰς τὰ 1715 ἐπῆραν οἱ Τούρκοι τὸν Μωρέαν καὶ τὴν ἀγίαν Μαύραν, καὶ ἐπληρώθη τὸ ἄνωθεν σημεῖον.

Εἰς τὰ 1715 κατέβη ὁ βεζίρης εἰς τὴν Κόρινθον μὲν ἔξηντα χιλιάδας στρατεύματος, καὶ ὑπέταξεν εἰς ἓνα μῆνα καὶ αὐτὴν καὶ ὅλον τὸν Μωρέαν, ὃπου ἐμεταχειρίσθη μεγίστην ὡμοτητα, κατασφάξας καὶ αἰχμαλωτίσας ὑπὲρ τεσσαράκοντα χιλιάδας ἀνθρώπων.

Εἰς τὰ 1716 ἐκστράτευσεν ὁ βεζίρης κατὰ τῶν Γερμανῶν μὲ τετρακοσίας χιλιάδας στρατεύματος. ἀλλὰ θεοῦ θελοντος ἐπεσαν αἰχμαλωτοι μὲν αὐτὸν τὸν βεζίρην εἰς χεῖρας 20 τῶν Χριστιανῶν.

Tὸ αὐτὸν ἔτος, Μαρτίου 1, κατέβη βασιλικὸς ἀνθρώπος μὲ ἔξουσίαν μεγάλην νὰ ἐβγάλῃ τοὺς ἀνθρώπους ἀπὸ τὴν

evertit, ferulas ab iis decerpens, et partes palatii; ruptae sunt etiam castelli turres inde a supra parte usque ad imam, et nonnullae ex pinnis eius deciderunt.

Die autem 28 mensis Augusti alias terrae motus factus est, primo maior, in insula Cephalonia, cum etiam summus navium dux cum tota classe ibi adesset, evertit autem domos 280, et rupta est terra, fontes calidos emissens, homines autem per duos meuses extra urbem in hortis commorati sunt, donec motus terrae finitus est.

Anno 1715 Turcae Moream et sanctam Mauram ceperunt et absolutum est signum supra commemoratum.

Anno 1715 imperator (vesirus) cum sexaginta milibus militum contra Corinthum est proiectus, et uno mense subiecit et hanc et totam Moream, ubi maximam exercuit crudelitatem, cum quadraginta milia hominum et plures interficeret et captivos redderet.

Anno 1716 vesirus contra Germanos cum quadringentis milibus militum proiectus est, sed dei voluntate cum ipso vesiro a Christianis capti sunt.

Eodem anno, die primo mensis Martii, legatus regius advenit potestate magna praeditus, ut homines inde a Larissa usque ad Sais-

Λάρισσαν ἔως τὴν Σαϊάδα, διὰ ν' ἀνοίξουν καὶ νά στρώσουν τὸν δρόμους ἑξῆντα πόδας τὸ πλάτος, καὶ νὰ ἐτοιμάσουν ζωτροφίας, καὶ δοσα ἄλλα ἀναγκαῖα τοῦ στρατεύματος, τὸ δόποιον ἔμελλε νὰ διαβῇ ἐκεῖθεν κατὰ τῶν Κορυφῶν. ἀλλ' ἐτοιμαζομένων τούτων ἐμποδίσθη ὁ βεζίρης, καὶ ἥλθεν ἀντ' αὐτοῦ· ὁ Καραμουσταφᾶς πασᾶς μὲ ἑξῆντα πέντε χιλιάδας στρατιωτῶν. ὅτε δὲ ἥλθεν οὗτος εἰς τὸν Βουνθρωτόν, ἐφθασε καὶ ὁ καπετάν πασᾶς Τζανούμ Χότζας διὰ θαλάσσης, ἔχων σουλτάνας ἑξῆντα, γαλόνια σαράντα, γαλιότας καὶ ἄλλα πλοῖα, διὰ τῶν δοποίων ἑξαίφνης ἐλθόντες κατέλαβον τὸ ἐν Καστρῷ σώην στενὸν εἰς τὴν Παναγίαν. οἱ δὲ Βενετοὶ ἐρχόμενοι ἔσωθεν μὲ 28 καράβια ἐπέπεσαν βιαίως κατ' αὐτῶν, καὶ συντρίψαντες μερικὰ ἀπὸ τὰ καράβιά των ἔσχισαν τὸν στόλον, καὶ ἐπέρασαν εἰς τοὺς Κορυφούς. ὁ δὲ Σερασκέρης διαβὰς μὲ τὸ στρατεύμα του πέραν ἐπὶ τῆς νήσου, ἐσκήνωσε παρὰ τὸν Ποταμὸν ὃς δέκα μίλια μακράν τοῦ κάστρου. διηγεῖσε δὲ ὁ πόλεμος εἴκοσιν ἐπτὰ ἡμέρας, καὶ ἥφανίσθη πολὺ τοῦ Τουρκικοῦ στρατεύματος. τέλος ἐπεσε τὴν νύκτα βροχὴ τόσον ὁγδαία ὥστε ἔσυρε τὰ πράγματά των εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ οἱ βάρβαροι ἔξυπνήσαντες εἶδον, λέγοντες, πλῆθος νέων φερόντων εἰς χεῖρας λαμπάδας ἀναμμένας, καὶ ἔνα γηραιόν ἐπίσκοπον βαστάζοντα δάρδον καὶ διώκοντα αὐτούς. τούτων δὲ

dein postularet, ad aperiendam et aquandam viam pedes sexaginta latam, et ad parandum victimum, et quae praeterea necessaria essent exercitui, qui inde contra Corcyram transgressurus erat. sed cum haec essent parata, vesirus est impeditus, et pro eo Carastapha pascha venit cum sexaginta quinque milibus militum. qui cum venisset Buthrotum, etiam Capetan pascha (navium dux summus) Tzanum Chotzas per mare advenit, cum sultanis sexaginta, quadraginta gaulis amplioribus et minoribus et aliis navibus, quibus subito aggressi occuparunt Cassopeas angustias usque ad Panagiam (locum Virginis sanctae). Veneti autem, ex alto cum 28 navigiis advenientes, eos fortiter aggressi sput, et abscessis partibus navigiorum eorum classem dissiparunt, et intrarunt Corcyram. dux autem Turcarum (Seraskerus), qui exercitum suum in insulam traeicerat, apud Potatum castra posuit, decem miliaria a castello. bellum autem viginti septem dies duravit, et magna pars exercitus Turcarum est interfacta. postremo imber nocte exortus est tam rapidus, ut res illorum in mare effunderet, et barbari expegefacti multitudinem iuvenum viderunt, qui manibus faces incensas gestabant, et episcopum grandaevum, qui baculum gestabat eosque persequebatur. cum haec et alia signa multa et mirabilia apparerent,

καὶ ἄλλων πολλῶν καὶ πυραδόξων σημείων φανέντων ἔπεσσεν  
ἐπ' αὐτοὺς φόβος καὶ τρόμος, καὶ ἀφήσαντες τὰς σκηνάς, τὰ  
ἄρματα, τοὺς βασιλικοὺς θησαυροὺς καὶ αὐτὰ τὰ ζῶα, ἔτρε-  
χαν, καὶ ἄλλοι μὲν ἐμβαῖναν εἰς τὰ πλοῖα, ἄλλοι δὲ ἐρρίπ-  
τοντο εἰς τὴν θάλασσαν καὶ ἐπινίγοντο, πολλοὶ δὲ καὶ ὑπὸ ἀλ-  
λήλων ὡς ὑπὸ ἀνατίων κατεσφάγησαν. οἱ δὲ σωθέντες ἤλ-  
θον εἰς τὰ Ἰωάννινα, φέροντες ὑπὲρ δύο χιλιάδας πληγωμέ-  
νους, οἵ τινες δῆλοι σχεδὸν ἀπέθαναν.

Καὶ ταῦτα μὲν τότε· εἰς δὲ τὰ 1731, Ἰουλίου 25,  
10 ἡμέρα σαββάτῳ πρὸς τὸ ἐσπέρας, ἥλθεν εἰς τὰ Ἰωάννινα λε-  
γόμενός τις νιὸς τοῦ σουλτάνου Ἀχμέτη καὶ ἐξάδελφος τοῦ  
σουλτάνου Μουράτη, ὃς τις διέτριψε περὶ πον εἰκοσιπέντε χρό-  
νους εἰς τὴν Ἰταλίαν μετὰ τῆς μητρὸς αὐτοῦ. αὕτη, ὡς λέ-  
γεται, ἦτον Γενοβαία, ὁραία εἰς ὑπερβολὴν καὶ χαρίτων πλή-  
15 ρης. Ἰδὼν δὲ αὐτὴν δ σουλτάνος εἰς ἔρωτα ἥλθε, καὶ ἐγέν-  
νησεν ἀπ' αὐτὴν νιόν, τὸν δοπον Σελίμι μωόμασε, κρυφίως.  
καὶ ἡ μὲν γυνὴ ἥθελε νὰ εἰσέλθῃ εἰς τὰ βασίλεια, καὶ εἰς  
τοῦτο πολλάκις τὸν βασιλέα ἐβίαζεν· ἐκεῖνος διμως στέλλων  
πρὸς αὐτὴν δῶρα πλούσια, τὴν παρήγγελλε πάντοτε νὰ φυ-  
20 λάττῃ τὸ γενόμενον μυστικόν· καὶ ὅταν τὸ παιδίον ἐφθασεν  
εἰς τὸν δωδέκατον τῆς ἡλικίας χρόνον, τὴν ἔδωσεν ἕνα μιλιό-  
νιον φλωρία, καὶ εἰς τὴν πατρίδα της νὰ ἐπιστρέψῃ μετὰ τοῦ

terror et trepidatio eos invasit, et relictis tentoriis et carris et the-  
saureis regiis et animalibus ipsis aufugerunt, et alii navigia intrarunt,  
alii in mare se proripuerunt, et demersi sunt, multi etiam invicem  
ut ab hostibus interfecti sunt. qui autem sunt servati, Ioanninam  
venerunt et adduxerunt plures quam duo milia vulneratorum, qui  
omnes fere mortui sunt.

Atque haec quidem tum facta sunt. anno autem 1731, mensis  
Iulii die 25, vespertina hora diei sabbati, Ioanninam quidam venit,  
qui filius esse Sultani Achmetis dicebatur et patruelis Sultani Murati,  
qui quidem circa 25 annos in Italia cum matre sua moratus erat.  
haec dicitur fuisse Genuensis, pulchra eximie et gratiarum plena,  
quam quidem cum vidisset sultanus, amore captus est, et ex ea filium  
furtim generavit, quem Selimum vocavit. mulier igitur in regiam  
domum venire voluit, et hanc ob rem regem saepe urgebat, ille ta-  
men missis donis pretiosis eam omnino iussit servare mysterium,  
cumque puer duodecimum esset aetatis annum ingressus, mulieri de-  
dit aureorum decies centena milia eamque iussit cum filio in patriam  
reverti. iuvenis autem, cum esset sagacitate et ingenio praeditus,  
omnem educationem liberalēm recepit, et ab iis, qui ibi erant in  
potestate summa, dux trecentorum militum creatus est, sed tempore

νίον των τὴν ἐπρόσταξε. ὁ δὲ παῖς ἀγχίνους ὡν καὶ εὐφυῆς πᾶσαν ἐδιδάχθη παιδείαν, καὶ υπὸ τῶν ἑκεῖ κυβερνώντων ἄρχων τριακοσίων στρατιωτῶν ἀνομάσθη. ἀλλ' ἀτακτήσας μετὰ χρόνου ἵκανον παρέλευσιν ἐφυλακώθη, καὶ μετὰ καιρὸν ἐδιώχθη ἀπὸ τὴν πόλιν. τότε καταφυγὼν ἐτρέφετο εἰς 5 ἓνα μοναστήριον, ὃν γνωρίσας τινὰς ἐμπόρους Ἰωαννίτας θιαβαίνοντας ἑκεῖθεν ἦλθε μὲ αὐτοὺς εἰς τοὺς Κορυφούς. ἑκεῖ δὲ ἐλθὼν εἰς τοῦ στρατηγοῦ πρὸς ἐπίσκεψιν ἐκάθησεν ἀνωτέρῳ ἀπ' αὐτὸν, καὶ ἐρωτηθεὶς ποῖος εἶναι, ὁμολόγησε πρῶτον ὅτι εἶναι υἱὸς σουλτάνου. τοῦτο ἀκούσας ὁ στρατηγὸς 10 ἐσηκώθη καὶ τὸν ἐπροσκύνησε, καὶ τὸν ἐπαρακάλησε νὰ ἡπάγουν ὅμοι εἰς τὴν Βενετίαν, ὅθεν νὰ τὸν στείλῃ αὐτὸς μὲ 15 ἔξοδά του εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν, εἰς τὸ ὄποιον ὁ νέος συγκατένευσε προθύμως.

Οἱ δὲ Ἰωαννίται μαθόντες ταύτην τὴν ὅμολογίαν του, 15 τὸν ἐμπόδισαν, καὶ τὸν ἐφεραν μεθ' ἑαυτῶν εἰς τὴν Σαΐάδα, ἔξοδεύοντες αὐτοί, ὅτι ἑκεῖνος ἦτον παντάπασιν ἀχρήματος, καὶ ἑκεῖθεν ἦλθον εἰς τὴν Ζέλοβαν, ὅθεν ἔγραψαν πρὸς τὸν κατήν καὶ τὸν βέην, φανερόνοντές τους τὸ πρᾶγμα, καὶ ζητοῦντες τάναγκαῖα φορέματα, ὅτι ὁ νέος ἦτον ἐνδυμένος στενά. 20 ἀλλ' οὗτοι μὴ προσέξαντες παντελῶς οὐδὲ ἀπεκρίθησαν· μόνον ὁ ἐπιστάτης τοῦ βέη ὑπῆγε, καὶ προσκυνήσας ἐπτάκις ἔως τὴν γῆν τοῦ ἐφίλησε τὰ ποδάρια. καὶ τὸ δειλινὸν ἀνέβη

aliquo post propter peccatum in carcerem coniectus est, et postea urbe expulsus. tum confugit et exceptus est in monasterio, ubi cum mercatores nonnullos Ioannitas cognovisset, qui per illum locum profecti sunt, cum iis in Corcyram venit, ibique cum ad ducem vi-sendi causa venisset, ab initio consedit eo altius, et interrogatus quis esset, contendit se esse filium Sultani, quod cum audivisset dux, surrexit eumque salutavit, eique persuasit, ut secum simul Venetiam proficisceretur, unde eum suis sumtibus Constantinopolim esset tralec-turus, quod libenter accepit iuvenis.

Ioannitae autem, cum cognovissent eius affirmationem, eum im-pediverunt et secum Säiadam duxerunt, suis sumtibus, quia ille om-nino erat egenus, et inde Zelobam venerunt, unde ad magistratus, qui vocantur kadi et bey, literas miserunt, et rem iis aperientes ve-stes necessarias petiverunt, quia iuvenis vestibus brevioribus erat in-dutus. sed illi omnino hoc non curantes ne responderent quidem, solus administrator ei magistrati, qui bey vocatur, adiunctus, ad eum venit et septies usque ad terram conversus eius pedes osculatus est, et vespertina hora equum ille ascendit, quem administrator Saiadae ei dederat, et ille advenit ut Francogallus, eumque in domum Spa-

εἰς τὸ ἄλογον, τὸ δικαῖον ὁ Ἰμίτης τῆς Σολιάδος τὸν ἔδωσε,  
καὶ ἥλθεν ὡς Φράγκος, καὶ τὸν ἐδέχθησαν εἰς τὸ σπῆτι τοῦ  
Σαπαράγκη πλησίον τῆς βρύσεως εἰς τὰ μυῆματα. ὅταν δὲ  
ἥλθαν ὁ κατῆς καὶ ὁ βέης εἰς προσκύνησιν του, οὗτος ἐξεπλω-  
διμένος δὲν ἐκινήθη παντάπασιν, ἀλλὰ τοὺς ἐφοβέρισε σφραδῶς.  
οὗτοι δὲ ἔγραψαν μετ' ὀλίγας ἡμέρας ἀναφορὰν πρὸς τὸν  
βασιλεύοντα τότε σουλτάνην Μαχμούτην. γνωρίσας δὲ ὁ βασι-  
λεὺς ὅσα τὸν ἔγραφν, δάστειλε καὶ ἐφόνευσαν τὸν νέον, τὴν  
18 Αὐγούστου, τὴν νύκτα. οἱ δὲ ἀπεσταλμέναι λαβόντες τὴν  
κεφαλὴν του, ἔφεψαν τὸ σῶμα εἰς τὴν λίμνην, καὶ ἀπέστρε-  
ψαν εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν.

Εἰς τὰ 1735, Δεκεμβρίου 22, ὥσαν 8 τῆς νυκτός, ἐπλή-  
ρωσε τὸ κοινὸν χρέος ὁ μακαρίτης Ἰωαννίνων Ἱερόθεος· εἰς  
δὲ τὰς 5 Ἰανουαρίου ἐχειροτονήθη Ἰωαννίνων ὁ Γρηγόριος,  
15 γένημα καὶ θρέμμα τῆς Κωνσταντινουπόλεως, καὶ ἥλθεν εἰς  
τὸν αὐτοῦ θρόνον ἔτει 1736, Ἀπριλίου 11, ἡμέρᾳ κυριακῇ.  
εἰσερχομένον δὲ αὐτοῦ διὰ τῶν πονοξύλων ἐδραμεν ὁ λαὸς  
καὶ τὸν ἐδέχθη μὲν μεγάλην πομπὴν.

Τὸ αὐτὸν ἔτος ἀναψεν εἰς τὰ Ἰωάννινα Θεναπτικὸν φοβε-  
20 ρόν, ὡστε ἀπέθηκαν πενήντα καὶ ἑξήντα, πολλάκις δὲ καὶ  
ἀγδοῦντα ἀνθρώποι τὴν ἡμέραν. εἰσῆχθη δὲ ὁ μολυσμὸς ἀπ'  
ἔνα γεννάρην, Ζαμάρην ὀνομαζόμενον, ἐλθόντα ἀπὸ τῆς Βλα-  
χίαν· καὶ διήρκεσεν ἀπὸ τὸν Φευρονάριον ἕως τοῦ ἀγίου  
Ἀημητρίου.

rangae prope fontem sepulcrorum receperunt, cum autem magistratus  
venirent, qui vocantur kadi et bey, ad eum salutandum, ille sese  
extendens omnino se non movit, sed eos maximē terruit. hi autem  
post paucos dies rem ad imperatorem (Sultanum) Mahometum tum  
regnantem retulerunt; cum autem rex, quae ei scripserant, cognovis-  
set, homines misit, qui iuvenem interfecerunt, die 18 mensis Augusti,  
nocte, missi autem homines, auferentes caput, in lacum corpus deie-  
cerunt, et Constantinopolim sunt reversi.

Anno 1735, die 22 mensis Decembri, hora octava noctis, bea-  
tus Ioanninae archiepiscopus Hierotheus naturae debitum reddidit, et  
die 5 mensis Ianuarii Ioanninae Gregorius creatus est, natus et edu-  
catus Constantinopoli, qui solium suum ascendit anno 1736, die 11  
mensis Aprilis, dominica; cum autem linte adveniret, populus con-  
currit, et eum recepit magna cum pompa.

Eodem anno Ioanninae pestis horrenda exarsit, ita ut unoquo-  
que die morerentur quinquaginta aut sexaginta, sarpe etiam octo-  
ginta homines, allata est pestilentia a pellione, Zamore, e Valachia  
veniente, et duravit inde a Februario usque ad dieū sancti Demetrii.

*Εἰς τὰ 1737 διετάχθη εἰς τὰ Ιωάννινα φορος πενήντα πέντε πονυγκίων.*

Τὸ αὐτὸ ἔτος, Μαΐου 9, πέμπτη τῆς ἀναλήψεως, ἐπει-  
σεν ἀστραπὴ εἰς τὸ ἀρχοντικὸν τοῦ Μίσου, καὶ τοῦ ἔκανσε  
τὸν πύργον. ἐπειτα δέ, ἐπειδὴ ἐκίνησε διὰ τὴν Κωνσταντι-  
νούπολιν, ἔχων σκοπὸν νὰ παραπονεθῇ ἀπὸ τὸν Χατζῆ πά-  
σαν, ἐστειλεν οὗτος καὶ τὸν ἀδολοφόρησαν εἰς τὸ στεγὸν  
τοῦ Τουρκαβού μαζὶ μὲν ἔνα Μετζοβίτην, ὃνος ἐμεινεν  
ἄταφος ἡμέρας πέντε, καὶ ἐπειτα τὸν ἔθαψαν οἱ Κονιάροι.  
ἄφησε δὲ παιδία τρία, ὄνομαζόμενα Στέφανον Γεώργιον καὶ<sup>10</sup>  
Ἀλέξιον.

*Εἰς τὰ 1739, μῆνα Ἀπρίλλιον, ἀπέθανεν ὁ Ἄλη βεης,  
νιὸς τοῦ Ἀσλάν πασα. ὁ θάνατος τούτου ἐφερεν εἰς τὴν πό-  
λιν ταύτην μεγάλα κακά· καὶ ἐμειναν οἱ νιὸι τον Σελεϊμά-  
νης καὶ Χουσεΐνης κυβερνῶντες τὸ μουσελιμᾶκι διὰ τοῦ 15  
ἐπιστάτου των ἔως τὰς 9 Φευρουαρίου, διε ἀλλάχθη ὁ πα-  
σᾶς καὶ γενόμενος νέος ὁ Ἀβδούλα πασας διώρισε μουσελίμην  
τὸν Ἀχμέτην, ἀδελφὸν τοῦ ἀποθανόντος Ἄλη.*

*Εἰς τὰ 1740, Ιανουαρίου 24, ἔγινε τὴν νύκτα σεισμὸς  
μέγας, διαρκέσας ἀπὸ τὰς ἑπτὰ ἔως τὰς ἑννέα ὥρας. ἐσείετο 20  
δὲ ἡ γῆ συγκρατούμενα ἔως δέκα φοραῖς, ὥστε ἐτρόμαξαν ὅλοι  
οἱ ἀνθρώποι.*

Anno 1737 urbi Ioanninae vectigal quinquaginta quinque pung-  
kiorum (pungkium i. e. quingentorum coronatorum summa) impera-  
tum est.

Eodem anno, die 9 mensis Maii, quinto resurrectionis, fulmen  
in palatium Misi incidit, eiusque turrim cremavit, deinde cum Con-  
stantinopolim se verteret, ut querelas de Chatze pascha deferret, ille  
homines misit. qui eum et unum Mezzovitum in angustiis Turrabi  
dolose necarunt, ubi sepulcro carebat dies quinque, deinde eum se-  
peliwerunt Conjari, reliquit pueros tres, Stephanum, Georgium,  
Alexium.

Anno 1739, mense Aprili, mortuus est Ali bey, filius Aslanis  
paschae, cuius quidem mors huic urbi magna mala excitavit, et re-  
licti sunt filii eius Solimanus et Chuseines (Hussein), qui regebant  
Muselimlik per administratorem usque ad diem nonum mensis Fe-  
bruarii, cum moreretur pascha, et pascha novus factus Abdula consti-  
tueret muselimum Achmetem, fratrem mortui Ali.

Anno 1740, die 24 Ianuarii, nocte factus est magnus terrae motus,  
qui duravit inde a septima usque ad nonam horam. concussa  
autem est terra decies, ita ut omnes homines ternerentur.

Τέλος τὸ διβάνι, παραδραμὸν τὸ σωτήριον ἀξίωμα τῆς πρὸς τοὺς Ἀλβανοὺς δυσπιστίας του, ἐκαμε πρῶτον Ἀλβανὸν πασᾶν τῶν Ἰωαννίνων Σουλεϊμάνην τὸν Ἀργυροκαστρίτην, ἄνθρωπον ἄξιον μέν, ὅμως ἀνήσυχον ὡμὸν καὶ βίαιον. οὗτος 5 κατέτρεξε τοὺς ἀρματωλοὺς πολλῷ τόπων τῆς Ἡπείρου, καὶ συνέστειλε τοῦτο τὸ μερικὸν στρατιωτικὸν τῶν Χριστιανῶν. ἐφόνευσεν ἐπειτα τὸν προεστῶτα τοῦ Ζαχορίου Γεώργιον, νιὸν τοῦ προρρηθέντος Μίσου, ἄνδρα φιλότιμον, ἔχοντα πεῖραν πραγμάτων καὶ ἀνθεστάμενον εἰς τὴν βιαίαν καὶ φιλάρ- 10 παγον διοίκησίν του. ἐφόνευσε δὲ καὶ ἄλλους ἐπισήμους διὰ τὴν δύναμιν ἢ τὸν πλοῦτον. ἀλλὰ τέλος τὰ πολλὰ εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν παράπονα τῶν Χριστιανῶν ἐκίνησαν τὴν δργὴν τῆς βασιλείας, καὶ τὸν ἐθανάτωσε.

Διάδοχος τούτου ἔγινεν ὁ Ἰωαννίτης Καλό πασας. μ' 15 ὅλον δὲ ὅτι ὁ υιὸς ὁ οὗτος Όθωμανὸς ἐκυβέρνησε μὲ δὲ λιγωτέραν βίαν, ὅμως ἀκολουθήσας τὸ δοσμένον ἀπὸ τὸν προκάτοχόν του κακὸν παράδειγμα ἐδολοφόνησε τὸν προεστῶτα Νοῦτζον τὸν Βερατίνον, καὶ μετ' ὅλιγον ἀπέθανε.

Μετὰ τοῦτον διωρίσθη πασᾶς Ἰωαννίνων καὶ ἐπαρχος 20 τῶν Θεσσαλικῶν Δερβενίων ὁ Βερατίνος Κούρτης. οὗτος ὁ Ἀλβανὸς ἔδειξεν ἀπὸ τὴν ἀρχὴν μεγάλην ἔχθραν πρὸς τοὺς Χριστιανοὺς ἀρματωλούς, καὶ ἐπειδὴ ἐκαμε πρὸς αὐτοὺς χωρὶς ἀνάγκην καὶ καταδρομὰς κρυψαὶς καὶ πολέμους φανεροὺς

Denique divanus (supremum consilium) neglecta consuetudine salubri diffidendi Albanis, primum fecit Albanum pascham Ioanninae, Suleimanem Argyrocastrensem, hominem dignum quidem, sed inquietum, crudelē, violentum. hic persecutus est Harmatolos multorum locorum Epiri, et hanc exercitus partem Christianorum compressit. deinde praesidem Zagorii Georgium, filium antea commemorati Misi, hominem generosum et in negotiis exercitatum interfecit, qui eius violentae et rapaci administrationi resistebat. Interfecit etiam alios potentia aut divitiis insignes. sed postremo multae Constantinopolim delatae querelae Christianorum iram regis moverunt, qui eum necari iussit.

In eius locum successit Ioannita Kalopascha, omnino hic Othomanus piger homines gubernavit minore cum violentia, tamen secutus malum ab eius antecessore datum exemplum, praesidem Bradetinum, Nutzum, dolose interfecit, et paulo post ipse mortuus est.

Post hunc Beratinus Curtes constitutus est paschā Ioanninae et dux Derbeuniorum Thessalicorum. hic Albanus odium magnum contra Harmatolos Christianos ab initio ostendit, et cum contra eos sine necessitate et persecutions occultas et bella aperta et dolosa move-

καὶ πεσματικούς, ἥναγκαστο πολλοὺς τὰ καταφύγουν εἰς τὰ  
βουνά, ὅθεν καταβαίνοντες ἐπειτα ἐλεγχατοῦσαν τοὺς τόπους  
τούς. ἐδιοικησε δὲ ὡς δικαιότερο χρόνος, πότε μὴ σφραρό-  
τητα καὶ πότε μὲ σταθερότητα, καὶ ἀπέθανε φαρμακωθείς,  
ὡς λέγεται. τὸν διεβέχθη δὲ δ Τεπελενιώνης Ἀλῆ πατᾶς. 5

*ret, multos in colles confugere coagit, unde postea degessi eius loca  
populati sunt. administravit munus per 15 annos, interdum cum ve-  
hementia quadam, interdum cum firmitate et mortuus esse veneno  
dicitur. eum secutus est Tepeleiotes Alii pascha.*

---

## VI. \*)

Οἱ θεοὶ τὰς ἐπιβούλας αὐτῶν, καὶ μέλλει νὰ κατακαύσουν τοὺς τόπους ἐκείνους καὶ τοὺς ἀνθρώπους· ἀλλ’ ἡμεῖς ὅγχοντες εἰς τὸ μαντεῖον τοῦ Ἀπόλλωνος, ἔτιη μᾶς ἐδίδαξε νὰ φύγωμεν ἐκείνην τὴν ὁργήν· καὶ ἔχομεν βοηθὸν τὸν θεὸν 5 τὸν Πάνα, ὃς ἐρμηνεύεται θεὸς τῶν πάντων· καὶ ἀκούσαντες οἱ ἐν Τρίκκῃ παρὰ τοῦ Ἀτλαντος ταῦτα ἐχάρησαν χαρὰν μεγάλην, καὶ ἐφίλευσαν αὐτοὺς φιλοφρόνως· καὶ περνώντων τὸ Πλάνου ὄρος ἥλθεν ὁ λόγος εἰς τὸν Δαμάστοιον, ἐξουσιαστὴν τῆς Ἡπείρου, καὶ ὑθαύμαζε πᾶς καὶ τι μέλλει νὰ κάμη 10 τόσον πλῆθος· καὶ ὅπως τοὺς στράταν, καὶ ἐδιάβησαν διὰ

\*) Fragmentum, quod sequitur historicum, datum mihi est anno 1806 ab episcopo Dryopolis, quem in Angelo-Castro morarer. manuscriptum, complexens viginti paginas scriptas, parva forma quarta, neque initium habebat neque finem. POUQ. idem p. 357: scriptorem, quem verti, ex stilo coniicere nos sinit, scripsisse eum ineunte fere decimo septimo saeculo, et opus eius interpretationem esse graecam vulgarem ex manuscriptis, quae ignoramus, et ex traditionibus, quae apud Bardos sive montanos Albaniæ altae reperiuntur, ubi ut apud rusticos Scotiae, heroicorum temporum historia in carminibus popularibus servata est. Chronographus, plane rudis criticae, nihil quaesivit nisi quod ipsius imaginationi placebat, et de fabulis quam maxime ineptis peccata in temporis ratione accumulans, ordinem chronologicum posthabuit insolenti amori rerum mirificarum.

## VI.

